Leutsch, Ernest Ludwig
von
   Additamentorum ad
Lud. Disseni in Pindari
carmina commentarium
specimen

INDEX SCHOLARUM

PUBLICE ET PRIVATIM

IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE AESTIVUM

A D. XIX. M. APRILIS USQUE AD D. XIX. M. AUGUSTI
A. MDCCCLXV. HABENDARUM.



Praemissum est Ernesti de Leutsch Additamentorum ad Lud. Disseni in Pindari Carmina Commentarium specimen.

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
GUIL. FR. KAESTNER.

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
PRORECTOR
HENRICUS ALB. ZACHARIAE D.
CUM SENATU.

Ludolphi Disseni commentarius in Pindari carmen Nemeum primum ut studiorum Pindaricorum rationi, qualis nunc apud nos exercetur, accomodatior fiat, his fere annotationibus augendus esse videtur:

Pag. 357.

notata sunt.] De sententia carmini subiecta deque Chromii rebus gestis ego in Philol. T. XIV, p. 45 sqq. pluribus disserui, quibus quae Leop. Schmidtius opposuerit, v. in eius libro, quem de Pindari vita et poesi conscripsit, p. 455 sqq.: add. R. Rauchenstein. *Einl. zu Pind.* p. 89.

Pag. 358.

Mythol. p. 135.] *Ἄμπνευμα* ipse quietis locus dicitur, ut *ἄμπαυσις* Mimnermus dixit apud Athen. XI, p. 470 A, *ἄμπαυμα* Nossis in carmine. quod in Anthol. Planud. IV, 228 legitur, *ἀνάπαυμα* poeta incertus Corp. Inscr. Grr. T. III, n. 4623 *υἱοῖς καὶ φίλοις ἀνάπαυμα.*

ae Delus.] *Ὀρτυγία* Deli insulae soror nominatur, quod Ponto patre utraque usa est: v. Pind. Prosod. fr. I, 3 et quae ego in Philol. vol. laud. p. 58 attuli: add. Nossid. epigr. in Anthol. Palat. VI, n. 273, 1: *Ἄρτεμι Δᾶλον ἔχοισα καὶ Ὀρτυγίαν ἐρόεσσαν.* — Celebratur hoc loco Ortygia ita, ut heroinae s. deae et insulae inter se commistae sint notiones, quem Pindari usum Schol. ad Pind. Pyth. IV, 25 tetigit: *Ἐπάφοιο κούραν, την Λιβύην· ὅτι ἡ χώρα Λιβύης τῆς Ἐπάφου τοῦ Διὸς καὶ Ἰοῦς τῆς Ἰνάχου ὁμώνυμος. εἰώθασι δὲ οὗτοι* [scribe *οἱ ποιηταὶ*] *συμπλέκειν τὰ τῶν χωρῶν ἢ τῶν πόλεων καὶ τὰ τῶν ἡρωΐδων ὀνόματα διακοινοποιοῦντες:* add. interpp. ad Pind. Pyth. XII, 1.

dicere] *Μέγαν,* plane singularem, illustrem: Verg. Aen. VI, 28: *magnum reginae .. amorem.*

Pag. 359.

ed. Lips.] Recte scholia ad vs. 11: *ἀρχαὶ αἱ τοῦ ἐγκωμίου, hacc initia s. fundamenta carminis a Diis sumpta una cum victoris virtutibus iacta sunt:* subsistit igitur quodammodo poeta et ad absolutam modo prooemii partem, in qua victoris gloria cum laudibus Deorum coniuncta erat, respicit: add. Schol. l. c.: *ἔθος δὲ Πινδάρῳ θεοῖς ἀνάπτειν τὰ ὁπωσοῦν τοῖς ἀνθρώποις ἐκπονούμενα:* v. Ol. II, 1. III, 1. Nem. IX. 1.

Sicilia habebat.] De hac fabula v. uberrime disputantem Ebertum Σικελ. I, p. 13 coll. Marquardt. de Cyzic. dissert. p. 121.

Gr. p. 642] et Kruegeri Gr. Gr. T. II, §. 47, 28. — Κατένευσεν, ex Homero fluxit, Il. *A*, 524. *K*, 393: contrarium est ἀνανεύειν, Il. *Z*, 311.

Pag. 360.

Pyth. XII, 24.] Bene Schol. ad h. l., 23: οἷον μνήμονα πολέμου, ἐπιστήμονα, οὐκ ἀμελοῦντα τῶν πολεμικῶν, ἀλλὰ κατατιθέμενον ἐν τῷ νῷ ὅτι δεῖ παρασκευάζεσθαι εἰς τὰ πολεμικὰ διόλου· ὅμοιον τῷ Μήστωρες ἀϋτῆς, Il. *Δ*, 328: add. Lobeck. Rhemat. p. 129.

particula δή.] De adverbio θαμὰ Dissenus ex Boeckhii sententia in Nott. critt. ad Pind. Olymp. VII, 11 exposita statuit, sed recte Bergkius Melet. lyric. spec. Hal. 1859 p. IV θάμα accentu rejecto ubi *simul* significat scribendum esse censet, θαμὰ ubi frequenter: hoc loco θάμα, *simul*, poeta voluit, ut praeter alia v. μιχθέντα suadet, de quo v. infr.: δή ut in ὅτε δή, ἐπεὶ δή et simm. positum. Ceterum v. infr. v. 22. Nem. II, 9 et add. Scholl. ad h. l.: ἔστι δὲ καὶ οὕτως ἀναγνῶναι· ἱππαιχμόν θ' ἅμα δή.

Ol. I, 22.] Ut ζευγνύναι, κεραννύναι, πελᾶν, sic μίγνυσθαι a poetis de coniunctione proxima et arctissima adhiberi solet, v. sup. v. 6, Erfurdt. et Musgrav. ad Soph. Antig. 1295, Schwenck. ad Aesch. Eumen. 186.

Sicilia offert.] Voc. καιρὸν poeta asseverat ea quae modo dixisset, recto iustoque modo prolata esse: Pind. Ol. II, 53 φέρει τῶν τε καὶ τῶν καιρόν, add. Solonis παρὰ καιρὸν, quod in carmine olim male inter Theognidea vs. 197 sqq. relato exstat recteque ab Bergkio ad Theogn. 199 explicatum est. — Cum toto membro πολλῶν . . βαλών componas Pind. Nem. VIII, 20 πολλὰ γὰρ πολλᾷ λέλεκται.

iustitia.] Nimis quaesite Dissenus. Fabulam de origine felicitatis Siciliae insulae poeta inserit, ut iis fundamenti loco sit, quae de Chromii victoris laude in sequentibus prolaturus est: virtute enim patriae probata pronioribus auribus auditores sperat fore ut excipiant, quae de civis laude proferantur.

Pag. 361.

debebat?] VV. ἔσταν . . . κεκόσμηται ad chorum ex Syracusanis electum spectant, qui Chromium nunc Aetnaeum recte φιλόξεινον praedicat. — Scribe θάμα: v. ad vs. 17. — Ἀλλοδαπῶν, ad Pindarum referri debet in Sicilia hoc ipso tempore degentem. — Δόμοι, pluralis, de aedibus splendidissimis. — Aliter de hoc loco statuerunt Rauchenst. l. c. p. 124 et Leop. Schmidt. l. c. p. 455 sqq.

Pag. 362.

collocatum sit.] Tych. Mommsen, qui contra Disseni aliorumque interpretum explicationem in Ritschl. et Welckeri Mus. Rhenan. T. IV, p. 554 disputavit, in editione his verbis poetae sententiam expressit: »innata vero est (sortito evenit) iis qui bonos vituperare solent ars fumum [gloriae] aqua [reprehensionis] restinguendi. Aliae aliorum artes. Non mea ista«. Ego coniungo λέλογχεν μεμφομένοις ἐσλούς et proverbiali sensu v. καπνὸς de re vana et nullius pretii dictum esse puto: Scholl. ad Aristoph. Nub. 253: τὰ γὰρ μηδενὸς ἄξια καπνοὺς καὶ σκιὰς καὶ νεφέλας ὠνόμαζον, quibuscum cf. quae scripsi in annott. ad Append. Provv. III, 44 T. I Paroem. Graec. et

ad Macar. V, 4 T. II: hinc qui fumo vili et in nubila abeunti aquam offundit, rem vanam agit omnique effectu carentem. Itaque verto: *obtigit bonorum obtrectatoribus, ut aquam fumo ferant obviam*, i. e. obtrectando operam perdant: vides, iis quae sequuntur *ἑτέρων κτλ.* ironiam quandam subesse. Recte Aristarchus in Scholiis ad vs. 34: *τοῖς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς μεμφομένοις τοῦτο λέλογχεν καὶ ὑποκείμενον ἐστίν, οἷον ἀκολουθεῖ, ὥσπερ καπνῷ ὕδωρ φέρειν ἀντίον.* Ceterum *λαγχάνειν τινί* quo sensu accepimus apud poetas antiquos nunc quidem non videtur exstare: sed Aristarchus opitulatur et seriorum consuetudo: v. Schaefer. ad Julian. or. Constant. praef. p. XII. Aliter vero locum expedire conati sunt Rauchenst. Comm. Pindd. P. I, p. 20 et in Philol. T. XIII, p. 248, Ahrens. in Philol. T. XVI, p. 55.

Pag. 363.

carmine nono.] In textu comma post v. *προιδεῖν* ponendum est: recte enim Rauchenst. Comm. Pind. T. I, p. 21 scripsit: »pendent vv. *ἐσσόμενον προιδεῖν* a *φρήν*, et *συγγενὲς οἷς ἕπεται* non solum ad *φρένα*, sed etiam ad *σθένος* pertinent: verte: *quibus ingenitum est eorum agit fortitudo in rebus, in deliberationibus mens provida futuri.* Nam illud *φυᾷ*, qua datam poeta quoque habet suam artem, explicatur verbis *συγγενὲς οἷς ἕπεται*«. — ***Πράσσει***, agit, operatur, v. Thren. fr. II c. annot. — ***Προιδεῖν***, de infinitivo a substantivo *φρήν* pendente v. Kruegeri Gramm. Gr. §. 55, 3, 9. — ***Συγγενές***, ad *σθένος* relatum est, v. Kruegerum l. c. §. 58, 2, 2, T. II, p. 278.

Pag. 364.

non attingentes.] Sensum loci Dissenus non videtur perspexisse. ***Ἔρχονται,*** veniunt, incedunt, fortius est quam *εἰσί;* sic *φαίνεται* pro vulgari *ἐστὶ* Pind. Pyth. XII, 29, ubi v. Tafel., *θάλασσα ἕστηκε* Simon. Amorg. fr. VII, 38, *καθέσταμεν* Thucyd. I, 32, 4: alia suppeditat Peerlkamp. ad Horat. Carm. I, 19 fin. — ***Πολυπόνων ἀνδρῶν*** ut Sophocl. Aiac. 686 dictum de viris laboriosis, qui magnas res suscipiunt atque ad finem perducere nituntur. — ***Κοιναὶ,*** quae reipublicae consulunt. Dicit poeta: spes s. consilia virorum vere laboriosorum rem publicam complectuntur civiumque res augere student. Qua sententia similitudo quae cum Hercule Chromio est indicatur et fabula in sequentibus proponenda praeparatur pulchre.

Pag. 365.

p. 353.] ***Λόγον*** idem valet quod *τόνδε τὸν λόγον,* v. Olymp. II, 22, Corp. Inscr. Graec. T. II, n. 2851, I, 3: *ὁ λόγος* Pindarus dixit Pyth. I, 35.

notam sub textu,] in qua Dissenus *οὔτοι* ab Hermanno inventum recte commendavit. Alii aliter: vs. 35 *ὥς τ' ἄρα* vel *ὥς ποτε*, vs. 37 *ὥς τ' οὐ* Rauchensteinius coniecit Philol. T. XIII, p. 248, *ὥσπερ ἐκ* vel *ὡς ἄρ' ἐκ... ὥς τ' οὐ* Kayser. Diurn. Vindob. T. CV, p. 111, *ὡς..ὤπ' οὐ* Ahrens. Philol. T. XVI, p. 56. *τοῦδ'. ὄπα.. ὥς τ' οὐ* Tych. Mommsen. ad h. l.: e codicibus a Mommsenio collatis lectio enotata est nulla, quae auxilium loco ferret.

p. 328,] et quae Meinek. Del. Poett. Anthol. Gr. p. 144 et G. Dindorf. in H. Stephani Thes. L. Gr. T. IV Add. ad p. 533 attulerunt. Tych. Mommsen. *βασίλα* scribendum esse censet.

Pag. 366.

Vs. 12.] ***Ὠκείας γνάθους,*** celeriter movent maxillas, qua re bestiarum

sese appropinquantium aviditas optime ante oculos ponitur: cf. *καρπαλιμᾶν γενύων* Pyth. XII, 20.

idque de vita. —] *Δισσαῖσι δοιούς*, solent poetae Graeci, quod observat G. Hermann. ad Eurip. Phoen. 1637, ubi duo memorantur, in duplicitatis mentione luxuriari; v. Nem. VIII, 48, Eur. Androm. 518 et quae Schneidewin. ad Aesch. Agam. 44 collegit. Hoc loco numerus facinoris a puerulo modo nato commissi magnitudinem auget.

Hesych. —] *Ἀγχομένοις..ἀφάτων:* Bergkius ad h. l. annotat: »insolens genus dicendi, cum *ἀγχόμενοι δὲ χρόνῳ ψυχὰν ἀπέπνευσεν* dicere licuisset:« insolens sane, sed necessarium. In narrationibus enim audaciora sibi licere Pindarus existimavit.

ἐκπλήττειν.] Rectius *βέλος* de re gravi accipiatur repente hominibus inmissa: inc. poeta apud Apost. Provv. V, 78 k *γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος:* v. Boissonad. ad Aristaen. Epist. I, p. 208. Sed recte Tych. Mommsenius codicum auctoritatem secutus v. *δέος* in poetae verba reduxit, quod huic loco accommodatissimum esse iam Heynius ad h. l. perspexit.

ἄπεπλος οὖσα.] Scribendum est *ὁμῶς*, ut Tych. Mommsen. nunc edidit: servae metu defixae stant et lamentantur: pari modo, i. e. eiulando et manus ad coelum tendendo ipsa domina (*αὐτὰ*, ut Hom. Od. *Z*, 99) superbum bestiarum impetum propulsat, i. e. nullum contra malum auxilium attulit. Ad poetae mentem proxime Philostr. iun. Imagg. c. 5 accessit: *ὁρᾷς γάρ που ὡς ἄβλαυτος καὶ μονοχίτων, ἀναπηδήσασα τῆς εὐνῆς σὺν ἀτάκτῳ τῇ κόμῃ τὰς χεῖρας ἐκπετάσασα βοᾷ· θεράπαιναί τε ὅσαι παρῆσαν τικτούσῃ, ἐκπλαγεῖσαι ἄλλη ἄλλο τι προςδιαλέγονται τῇ πλήσιον.* Itaque non accurrit Alcmena, ut Dissenus statuit; *ποσσὶ*, quod Tych. Mommsen. ad h. l. non satis caute i. q. *per pedes* valere dixit, a poeta adjectum est, ut mulieris motum ex metu natum accuratius depingeret: v. Tibull. El. 1, 3, 9 ibiq. Disseni annotationem. Hinc, ni fallor, patet, Bergkii conjecturam *πόσσ' ἀπέδιλος* (Philol. XVI, p. 601) necessariam non esse. — *Ὕβριν*, de bestiis. v. infr. vs. 63 et quae ibi dicentur.

Pag. 367.

1317.] *Ἔστα..μιχθείς*, Schol. ad. vs. 85: *Ὅμηρος* (Il. *Z*, 484) *δακρυόεν γελάσασα. καὶ ἐν ἄλλῳ* (Od. *τ*, 471)· *τῇ δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα.*

235.] Add. R. Unger. Parad. Theban. I, p. 343. — *Ὀρθόμαντιν*, vatem peritissimum, qui optima vaticinandi disciplina imbutus erat: Aesch. Agam. 1215: *ὑπ' αὖ με δεινὸς ὀρθομαντείας πόνος Στροβεῖ:* eodem sensu ibid. 1240 dicitur: *καὶ σύ μ' ἐν τάχει παρὼν Ἄγαν ἀληθόμαντιν οἰκτείρας ἐρεῖς.*

145. —] *ὅσσους μὲν...ὅσσους δὲ*, magna cum vi idem verbum ante *μὲν-δὲ* positum: v. Nem. IX. 8. Thren. fr. VIII, 2. X, 1: Simon. Amorg. fr. VII, 46. Theogn. 773. Timocreont. fr. 1, 9: Soph. Elect. 88. Thucyd. I, 40, 1.

iustas caedes.] Add. Lehrs. *Popul. Aufsätze* p. 68 et v. sup. 50 *ὕβριν κνωδάλων.* — Herculis *θηροκτόνου* facinora primus ut videtur Stesichorus uberrime in Geryoneide descripserat, de qua v. quae disputavi in Erschii et Gruberi Encyclop. univ. Sect. I, T. LXII. p. 210.

Pag. 368.

V, 13.] De hominibus improbis ab Hercule trucidatis v. quae congesserunt Gerhard. Select. Vas. Imagg. Gr. T. II, p. 94. 198 et Welcker. Mythol. Gr. II, p. 755 sq.: cum Pindari verbis cf. Soph. Trachin. 1010: *ἀνέρες οὓς δὴ Πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατά τε δρία πάντα καθαίρων Ὠλεκόμαν κτλ.*

ab Hermanno,] et Demosth. or. pro coron. §. 71 *πότερον φανῆναί τινα τὸν ταῦτα κωλύσοντα ποιεῖν ἐχρῆν*, ubi v. Dissenum.

p. 314.] Codd. *μόρον*, unde Bergk. ad h. l. *καί τινι... στείχοντι.. μόρον* coniecit, quod Rauchensteinius probat. *Καί τινα.. παύσειν μόρον* conjectura est Ahrentis Philol. T. XVI, p. 56, *γεύσειν μόρον* Tych. Mommseni ad h. l.

Pag. 369.

Potidaea.] »Nam in Pallene Gigantomachia vulgo traditur fuisse: cf. Eudoxus in Scholl. ad Apoll. Rhod. III, 254 et Ephorus apud Theon. Progymn. c. 6 p. 221 Walz. et Scymnus Chius vs. 634 et Lycophr. Cass. 127. 1407 et Apollod. I, 6. 1 et Strab. Excerpt. l. VII, 12, p. 330. Cf. C. O. Mueller de Pallantidis in Gerhardi libro *Hyperb. Röm. Stud.* I, p. 276:» *Dissenus* in Add.

ἠντιάσας.] Accusativus audacius positus, v. ad Pind. Pyth. VIII, 10 et Disseni annotationem ad Tibull. I, 2, 27. Quid Graeci in talibus ausi sint, *στρατείαν ξυνῆλθον* docet apud Thucyd. I, 3, 5, ubi v. interpp.

p. 633.] *Ἀντιάξωσιν* Bergkius ad h. l. corrigendum putat: fortasse recte.

vel *αὐτῶν.*] Minime; *γαίᾳ* de terra, *κόμην* de terrae coma intelligi debet, Dithyr. fr. III, 15 *τότ' ἐπ' ἀμβρόταν χθόν' ἐρατὰν Ἴων φόβαι ῥόδα τε κόμαισι μίγνυται.* Verum iam Heimsoethius viderat Add. et Corrig. in Pind. Comm. p. 49.

exhibito diis.] Scholiasta sensum sine dubio recte sic exponit: *καὶ τοῦτο δὲ προεῖπεν ὁ μάντις, ὅτι καὶ τοῦ λοιποῦ αὐτὸς ὁ Ἡρακλῆς ἐν εἰρήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ διατελέσει, ταύτην ἀμοιβὴν τῶν ἑαυτοῦ πόνων λαβών:* de lectione vero dubitatur, v. not. critic. ad h. l. et Goram. in Philol. T. XIV, p. 253; Tych. Mommsen. edidit: . . *αὐτὸν μὰν ἐν εἰρήνᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον [ἐν] σχερῷ ἡσυχίαν καμάτων μεγάλων ποινὰν λαχόντ' κτλ.* — *ἐν σχερῷ* aut potius *ἐνσχερώ*. v. Apollon. Alexandr. in Bekk. Anecd. Gr. II, p. 576, 14, accurate explicat Doederlein. Homer. Gloss. II, n. 791, p. 227.

bellicis.] V. *δόμον*, quam Bergk. ad h. l. in *βίον* mutandam censet, Pauwius recte in *νόμον* mutavit, ut ex Scholl. ad h. l. Tych. Mommsen. ad Schol. Germani in Pind. Olymp. p. VIII probavit, ex cuius disputatione haec transcribo:« egregie opinor poeta Herculem quum in deorum societatem reciperetur sanctam legem qua haec societas regeretur probasse atque accepisse dicit». Simili modo Pyth. II, 43 *ἐν θεῶν νόμοις* dictum, ubi cf. quae Dissenus affert.

Placet typographi causa adnotatiunculas ad carmen Nem. II adiicere:

Pag. 371.

p. 148.] Timodemidarum gens etiam post Pindarum Acharnis floruit: v. inscriptionem circa Ol. C exaratam apud Rossium de demis Attic. p. 45.

e fine.] Heimsoeth. Add. et Corr. p. 30 et Leop. Schmidt. de Pind. vit. et carm. p. 516 sq. contradicunt.

c. II,] et Welcker. Ep. Cycl. T. I, p. 340 sqq.

vix potuerunt.] Laus qua h. l. Homeridae s. rhapsodi ornantur, non virtutem quandam cantus s. poeseos eorum plane singularem continet, sed ita habet, ut de quolibet poeta bono proferri possit: sunt enim **ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοί** verborum cantores arcte inter se nexorum, i. e. cantores, qui cantu verborum seriem edunt, modulantur: cf. **ἐπέων στίχες** Pyth. IV, 57 et quae ego in Philol. T. XVIII, p. 244 disputavi. Ceterum ex Scholl. ad Pind. Isthm. IV, 63 v. l. **ἀοιδᾷ** affertur; de cujus fide si melius constaret, posset de ea recipienda cogitari.

Pag. 372.

I, 8.] **Καταβολὰν** ad v. **ἄρχονται** v. 3 spectat. — Recte Scholl. ad h. l.: **τὴν ἀρχὴν καὶ τὸν θεμέλιον τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἀπὸ τοῦ Διὸς πεποίηται, Νέμεα νικήσας πρῶτον,** unde cum Bergkio ad h. l. **νικαφορίαν** scribendum est. — Jungenda sunt vv. **καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων.** — **πρῶτον**, recte pro adiectivo **πρώταν** repositum est: Tych. Mommsen. ad h. l. de hac re haec scripsit: »amans est poeta adverbii, non adjectivi pro adverbio positi: cf. vs. 16:« add. eiusdem disputatio in Annot. crit. supplem. in Pind. Olymp. VII, 47, p. 73.

p. 377,] et Ern. Curtium Peloponn. T. II, p. 509. 588.

critt.] Rectius mea sententia ad v. **ὀφείλει,** ut nexus postulat, **ὅδ' ἀνήρ** supplebitur: membrum autem **ἐν Πυθίοισι . . παῖδ'** ab v. **δεῖ** pendet e v. **ὀφείλει** eliciendo: cf. Matth. Gr. Gr. p. 1529. — **Ταῖς μεγάλαις, ταῖς** demonstrative dictum, quo sensu apud Pindarum articulus ante nomina propria collocatus saepe invenitur: v. Tych. Mommsen. in Welck. et Ritschl. Mus. Rhen. T. IV, p. 549 sq. Ceterum ex epitheto **μεγάλαις** carmen nostrum ante pugnam Salaminiam compositum esse colligo, v. Pind. Pyth, VII, 1. Dithyr. fr. IV. Aliter iudicat Leop. Schmidt. l. cit. p. 519.

simul.] Immo *crebro, frequenter,* v. Nem. I, 17.

p. 188.] Add. Schneidewin. ad Ibyci Rell. p. 145 sq. — **Νεῖσθαι,** incedere in coelo, Lamprocles Athen. XI, p. 491 C de Pleiadibus, **αἵ τε ποταναῖς Ὁμώνυμοι πελειάσιν αἰθέρι νεῖσθε,** ut ex A. Meinekii emendatione scribendum: v. Mein. Philol. Exercc. in Athen. Deipnos. Sp. II, p. 21.

ut vides. —] **Φῶτα μαχατάν,** ut **ἄνδρας μαχητάς** Hom. Il. Σ, 261. — **Δυνατός**, h. l. duarum terminationum, quod rarissimum. — **Αἴαντος,** Salamine Aiaci utpote insulae patrono templum cum festo conditum erat, Pausan. 1, 35, 2, quocum cf. Welckeri Scriptt. Minor. T. II, p. 276: add. Nem. IV, 48.

129 sqq.] Hinc Martis cultus apud Acharnenses celebratus: v. inscriptionem apud Ross. l. c. p. 62.

Pag. 373.

III, 25.] **Ὑψιμέδοντι,** Scholl. ad h. l.: **καταχρηστικῶς ἀντὶ τοῦ ὑψηλοῦ:** rectius Hesych. s. v. explicat **ἐν ὕψει βασιλεύων,** *in alto regnans,* quandoquidem Parnasus caput alte et supra montes vicinos extollit, v. Ulrichs. Itiner. Graec. T. I, p. 235. 247.

RECITATIONES ORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

FRIDERICUS EHRENFEUCHTER, Dr. publice *Seminarii Regii homiletici* exercitationes die Sat. h. X—XII, *exercitationesque catecheticas* die Sat. h. V—VI moderabitur. Item publice de *Regno divino* disseret binis scholis dieb. Merc. et Sat. h. XII—I. Privatim *vitam Jesu Christi* enarrabit dieb. Lun. Mart. Jov. et Vener. h. IV—V. *Theologiae practicae partem alteram* i. e. doctrinam cultus divini, homileticam, doctrinam de animarum cura et de politia ecclesiastica docebit quiuquies h. III—IV.

LUDOVICUS DUNCKER, Dr., publice *Conspectum brevem Historiae ecclesiasticae universae* ad usum auditorum omnium ordinum accommodatum tradet diebb. Mart.. Jov., Ven. h. XII—I. Privatim *Historiae ecclesiasticae partem alteram* enarrabit sexies p. hebd. h. VIII—IX.

C. F. SCHOEBERLEIN, Dr., publice *Exercitationes liturgicas* sodalium *seminarii practico-theologici* moderabitur die Sat. h. IX—X et una cum E. Hille, Mus. Dir. Acad., *Cantu ecclesiastico* eos instituet die Merc. h. VI—VII; privatim *Ethicen theologicam* senis scholis dieb. Lun. Mart. Merc. Jov. Vener. h. XI—XII et Sat. h. XII—I, et *Theologiae practicae summam* h. IV—V quinquies tradet.

J. T. AUG. WIESINGER, Dr., publice *Seminarii Regii homiletici* exercitationes die Sat. h. X—XII et *Exercitationes catecheticas* die Merc. h. V—VI moderabitur. Privatim *Evangelium et Epistolas* S. Joannis quinis p. h. lectionibus h. IX—X interpretabitur, et *Theologiam N. Ti* quaternis h. III—IV exponet.

JULIUS WAGENMANN. Dr., *Historiae ecclesiasticae* partem priorem tradet sexies per hebd. h. VIII, *Doctrinae Protestantium historiam* quater per hebd. diebus Lun. Mart. Jov. Ven. h. III enarrabit. *Societatem historico-theologicam* moderari perget die Ven. h. VI.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Pauli epistolam ad Romanos* interpretabitur quinquies h. XI, *Theologiae dogmaticae partem posteriorem* enarrabit quinquies h. XII. Idem *societatem theologicam* moderari perget.

FRIDERICUS GESS, Dr., privatim h. XII—I quinquies tradet *dogmatices christianae partem* alteram; h. XI—XII ter per hebdomadem *Jesaiae et Michae theologiam propheticam* explicabit locosque classicos interpretabitur, die Lunae, Mercurii, Veneris.

* * *

FRID. GOD. RETTIG, Dr. ph., Gener. Sup. princ. Gotting., *praecepta artis catecheticae* quaternis per hebdom. lect. h. XI, duce libello suo, privatim tradet; *exercitationes catecheticas* dieb. Merc. u. Sat. ead. hora publice moderari perget.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

GEO. JUL. RIBBENTROP, Dr., h. IX—X et h. XI—XII *Pandectas* tradet; *publice diebus Martis, Jovis et Veneris* h. XII—I *doctrinam de servitutibus et pignoribus* docebit; ter per hebdomadem h. XII—I et quarta hor. auditoribus commoda *Exegeticum* instituet eosque auditores, qui voluerint, tam in interpretando, quam in respondendo ad quaestiones ipsis propositas exercebit.

GUIL. THEOD. KRAUT, Dr., *Jus Germanicum privatum cum feudorum et mercaturae iure* ex quarta libri sui (Grundriss zu Vorlesungen über das deutsche Privatrecht u. s. w. nebst beigefügten Quellen. Gött. 1855) editione quotidie h. VII—VIII et h. IX—X tradet.

GUIL. FRANCKE, Dr., h. XI—XII *Institutiones juris Romani*, h. VIII—IX doctrinam *juris Romani de hereditatibus* docebit.

H. A. ZACHARIAE, Dr., tradet: *Processum criminalem*, tam juris communis, quam recentiorum legum de reformandis publicis judiciis in Germania latarum, quinquies per hebd. h. IX; *Jus publicum Germaniae*, sexies per hebd. h. X.

H. CAROL. BRIEGLEB, Dr., quaternis scholis *Processuale practicum* instituet diebus Martis et Veneris h. IV—V et V—VI.

AEMIL. HERRMANN, Dr., *jus criminale* docebit senis lectionibus h. XII, *juris philosophiam* quaternis h. X. Selecta *juris criminalis capita* publice bis per hebd. tractabit.

HENR. THÖL, Dr., quater per hebd. *Civile practicum* instituet dd. Lunae et Jovis h. IV—V et V—VI. *Jus mercaturae* e libro suo (das Handelsrecht, vierte Auflage) quinquies tradet h. VII—VIII.

O. E. HARTMANN, Dr., *Theoriam processus civilis* tradet denis per hebd. lectionibus h. XI—XII et h. XII—I; collegium quod *Relatorium* vocant, iustituet bis per hebd. h. IV—VI.

ORDINIS MEDICORUM.

C. F. H. MARX, Dr., h. III—IV doctrinam *de Remediorum effectibus atque usu* et *artem formulas medicas concinnandi* quinquies per hebd. tradet.

F. WÖHLER, Dr., h. IX—X sexies per hebd. *Chemiam* tradet. In laboratorio academico una cum Prof. DE USLAR, Dr. FITTIG, Dr. BEILSTEIN et Dr. HÜBNER adjutoribus *Praxin chemicam* docebit.

GUIL. BAUM, Dr., de *ossium fracturis et luxationibus* publice d. Ven. et Saturni h. II—III; de *oculorum auriumque morbis* quater p. hebd. h. II—III; *chirurgiae partem primam* quinquies p. hebd. h. IV die Saturni h. III; *Exercitationes operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum* quotidie h. V; *Exercitationes clinicas chirurgicas et ophthalmiatricas* in nosocomio Ernesto Augustano quotidie instituet h. IX—X c. dimid.

J. HENLE, Dr., *Anatomiae systematicae* partem secundam *(Angiologiam et Neurologiam)* quotidie h. XII—I. *Anatomiam generalem* d. Lun., Merc., Ven. h. XI—XII tradet.

A. GRISEBACH, Dr., h. VII sexies *Botanicen tam generalem quam specialem* explicabit et excursionibus botanicis plantarumque horti acad. demonstrationibus illustrabit; h. VIII quater per hebdomadem *Botanicen medicam* docebit. Seminarii physico-mathematici sodalibus *Exercitationes practicas ad Botanicen systematicam* offert.

C. E. HASSE, Dr., *Pathologiam et Therapiam specialem* sexies h. VII et bis die Mercur. et Saturn. h. VIII tradet. *Scholam clinicam et policlinicam* quotidie h. X et dimidia moderari perget.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem primam* (quae ad nutritionem corporis spectant functiones) tradet h. X quinquies per hebd. — *Physiologiam generationis* et *Embryologiam* die Veneris h. IV—VI docebit et demonstrationibus illustrabit. — *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERM. SCHWARTZ, Dr., *Tocologiam* docebit dieb. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VIII; *Cursum operationum* instituet dieb. Lun. et Jov. h. III; *Scholas clinicas obstetricio-gynaecologicas* moderabitur dieb. Mart. et Ven. h. III—V.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

G. C. J. ULRICH, Dr., *Hydrostaticam* et *Hydraulicam* h. X quater p. h. tradet. *Geometriam practicam* dieb. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. V—VII docebit. In Seminario physico-mathematico *Exercitationes mathematicas* moderabitur die Mercurii h. X.

CAROLUS HOECK, Dr., quinquies per hebdomadem *Historiam literariam universalem* tradet.

HENR. EWALD, Dr., h. X *Jesaiae* librum cum locis aliorum prophetarum selectis interpretabitur; h. XI lectiones *introductionis in Biblia* finiet. Publice h. II lectiones *arabicas* continuabit, *persicas* et *turcicas* incipiet.

GUILELMUS WEBER, Dr., die Jovis h. IV—VI publice *Seminarii physico-mathematici* sodales instituendis et disquirendis *Observationibus physicis* exercebit, privatim *Physices partem primam* h. V—VII dd. Lun. Mart. et Merc. docebit.

F. TH. BARTLING, Dr., *Botanicen specialem*, praemissis Bot. generalis elementis, sexies per hebd. h. VII; *Botanicen medicam* quinquies per hebd. hor. VIII; *Botanicen oeconomicam* dieb. Lun., Mart, Jov. et Ven. h. XI tradet. — *Excursiones botanicas* sueto more instituet. *Demonstrationes in horto academico* hora commoda habebit.

HENRICUS RITTER, Dr., h. III—IV quinquies per hebd. *Logicen et Metaphysicen*, h. V—VI quinquies per hebd. *Historiae philosophiae partem priorem* seu *Historiam philosophiae antiquae* docebit.

AUGUSTUS GUILIELMUS BOHTZ, Dr., *Psychologiam* dieb. Lunae, Martis et Jovis h. IV—V docebit; *Historiam Germanorum literariam inde a Lessingio usque ad nostra tempora* dieb. Lunae, Martis et Veneris h. XI—XII enarrabit; *Aestheticam* diebus Mercurii et Veneris h. IV—V.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr., publice in Seminario Regio philologico *Disputationes* de commentationibus sodalium instituendas moderabitur, d. Mercur. h. XI—XII. Proseminarii sodalibus *Vergili Eclogas* interpretandas proponet. d. Mercur. III—IV. — Privatim *Historiam poeseos Latinae* tradet, quinquies p. hebd. h. X—XI, *Taciti Historias* explicabit quater p. hebd. h. III—IV.

GUIL. HAVEMANN, Dr., *Historiam praecipuorum Europae regnorum* inde a saeculo sexto decimo usque ad annum 1740 tradet h. III diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris. Hora XI—XII *Historiam reformationis* in terris brunsvico-lunaeburgensibus diebus Martis et Veneris publice enarrabit.

G. WAITZ, Dr., publice *res Germanicas reformationis aevo gestas* enarrabit die Saturni h. VIII—IX, *exercitationes historicas* instituet die Veneris h. VI. Privatim quaternis scholis h. VIII—IX *historiam medii aevi*, h. IV—V *historiam Germanorum et civitatum Germanicarum* inde a medio s. XVIII tradet.

ERNESTUS BERTHEAU, Dr., *Psalmos* interpretabitur sexies h. X—XI, *theologiam Veteris testamenti* exponet quatt. dd. h. XI—XII. Privatissime sed gratis *linguam arabicam et syriacam* docebit h. II—III.

RUD. HERMANNUS LOTZE, Dr., quatt. dd. h. X—XI *metaphysicam*, quatt. dd. h. IV—V *aestheticam* docebit.

W. SARTORIUS DE WALTERSHAUSEN, Dr., *Mineralogiam et Geognosiam agronomicam* quater per hebd. docebit h. XII—I. *Exercitationes practicas* ad mineralogiam spectantes moderari perget.

JOANNES BENEDICTUS LISTING, Dr., *Opticen* quater per hebd. h. XII tradet; *Exercitationes physicas* in Seminario physico-mathematico die Merc. h. XI moderari perget; in *computandis observationibus meteorologicis exercitationes* die Martis h. IV instituet.

F. L. A. SCHWEIGER, Dr., *Historiae litterariae universalis* partem priorem tradet quaternis p. h. scholis.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., privatissime *elementa linguae Arabicae* docebit.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice *Seminarii Regii archaeologici sodalibus* explicanda proponet *Pausaniae Attica*, d. Mercurii h. IV—V, et *Vasorum Graecorum picturas selectas*, d. Saturni h. XII—I; privatim tradet *Universam Archaeologiam artium a Graecis et Romanis cultarum* quinis scholis, h. X—XI, ita quidem, ut eam harum scholarum partem, qua *Historia et Theoria artium plasticarum* adumbratur *secundum monumenta in Museo Reg. asservata*, usui auditorum omnium ordinum accommodatam separatim tradat bis per hebdom., et *Urbis Romae Topographiam* cum *Descriptione aedificiorum atque monumentorum*, ternis scholis, h. VIII—IX, eo potissimum fine, ut in Antiquitates Romanas introducat; privatissime *Commentationes a sodalibus Semin. arch. scriptas* recensebit.

J. E. WAPPÄUS, Dr., *Geographiam et Notitiam rerum publicarum Americae Australis* tradet, praemissa brevi historia peregrinationum, quibus America inventa et cognita est. quater per hebd. h. XI—XII.

ERNESTUS CURTIUS, Dr., publice seminarii regii philologici sodalibus *Propertii carmina* interpretanda proponet d. Jov. et Veneris h. XI—XII, proseminarii sodalibus *Euripidis Hippolytum.* Privatim *Historiam aevi antiqui* quinis p. h. scholis h. XII—I exponet; item *elementa rei nummariae Graecorum* d. Martis et Mercurii h. VIII—IX tradet.

GUIL. MÜLLER, Dr., *Grammaticam linguae theotiscae historicam* tradet quaternis scholis h. III, *Waltharii ab Aviario* carmina explicabit dd. Lun., Mart. et Jov. h. XII; *Societatis theotiscae* studia moderari perget.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice sodalibus seminarii regii philologici *Plutarchi Periclem* explicandum proponet dd. Lunae et Martis h. XI—XII, proseminarii sodalium *disputationes* moderabitur die Lunae h. VI—VII vespertina; seminarii regii paedagogici *exercitationes* reget dd. Jovis et Veneris h. XI—XII, privatim *Aeschyli Persas* interpretabitur, quaternis scholis, dd. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. IX—X, *praecepta artis latine scribendi* tradet, additis exercitationibus, item scholis quaternis, diebus eisdem, h. VII—VIII matutina.

J. A. HELFERICH, Dr., quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. III—IV *Politices oeconomicae theoriam* (ökonomische Politik) tradet. Ter per hebdomadem diebus Martis, Jovis et Veneris h. VIII—IX *Politiam* (Polizeiwissenschaft) docebit.

FRID. GRIEPENKERL, Dr., *Theoriam de rationali rerum rusticarum aestimatione* (Taxationslehre) docebit quater per hebd. diebus Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VIII—IX; ter per hebd. diebus Mart., Jov. et Ven. h. X—XI tradet *Technologiam oeconomicam. Excursiones* ad Theoriam illustrandam spectantes instituet.

M. A. STERN, Dr., tradet *Calculum differentialem atque integralem* quinq. p. hebd. h. VII. *Theoriam aequationum numericarum* quat. p. hebd. h. VIII. In seminario physico-mathematico de nonnullis *calculi integralis applicationibus* ad arithmeticam sublimiorem disseret, d. Merc. h. VIII.

HERMANN RIEMANN, Dr., ex itinere redux lectiones indicabit.

THEOD. BENFEY, Dr., h. XII—I diebb. Lun., Mart. et Merc. *Chrestomathiam* suam *Sanscritam* interpretandam proponet, ead. h. diebb. Jov. et Ven. *linguam Zendicam* docebit et Ferd. Justi Chrestomathiam zend. interpretabitur.

GUILIELMUS WICKE, Dr., eam *Chemiae* partem docebit, quae ad *agriculturam* pertinet, bis per hebd. — Idem chemicas exercitationes in usum agriculturae studiosorum instituet.

RECITATIONES EXTRAORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

GEO. CHR. RUD. MATTHAEI, Dr., *Symbolicam comparatam* tradet, dieb. Lunae et Mart. h. II; *Libros symbolicos ecclesiae Lutheranae* uberius describet d. Jov. h. II.

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., *tria priora Evangelia* interpretabitur senis p. h. lectionibus h. IX—X. — *Pauli epistolas minores* quinis p. h. scholis explicabit.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., *Jus privatum germanicum cum jure feudorum et mercaturae* tradet h. VII et IX.

HERBERTUS PERNICE, Dr., privatim *Theoriam processus civilis communis* tradet h. XI—XII; *Historiam iuris Romani* h. X—XI. Publice *Causas et quaestiones iuris publici* hoc tempore tritiores excutiet semel h. IV die indicando.

AUGUSTUS UBBELOHDE, Dr., tradet h. X—XI *Historiam juris Romani*, nec non bis p. hebd. hora commoda *Historiam processus civilis Romani*. Quater per h. hora commoda *Jus agrarium Germanicum*, continuo juris Hannoverani respectu habito, docebit.

RUDOLPHUS SCHLESINGER, Dr., sexies per hebd. h. X—XI *Historiam juris Romani*, diebus Lunae, Mercurii, Veneris h. VIII—IX *Historiam processus civilis Romani*, diebus Martis, Jovis. Saturni h. VIII—IX *Jus nauticum privatum* tradet.

J. MAXEN, Dr., sexies per hebd. h. XII—I. *Jus obligationum* et publice binis per hebd. horis *Historiam rei judiciariae Germanicae* tradet.

ORDINIS MEDICORUM.

E. F. G. HERBST, Dr., *Physiologiam generalem et specialem* tradet, eandemque experimentis et demonstrationibus microscopicis illustrabit, sexies per hebd. h. X—XI.

A. KRAEMER, Dr., *Diagnosticen physicam*, praecipue Auscultationem et Percussionem adjunctis exercitationibus practicis, diebus Lunae, Martis et Jovis h. V, doctrinam *de fasciis vincturisque chirurgicis* ter per hebd. horis commodis docebit. Publice de *Morbo Venereo* h. V. d. Ven. disseret. Privatissime *exercitationes microscopicas* instituet.

GUIL. KRAUSE, Dr., tradet *Pathologiam et Therapiam generalem*, d. Lunae, Mart., Jov. et Vener. h. VIII—IX, et *Medicinam forensem* d. Lun., Merc. et Jov. h. III—IV. *Exercitationes microscopicas* in instituto pathologico sueto more continuabit.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

H. A. L. WIGGERS, Dr., tradet *Pharmaciam* sexies per hebd. hora matut. VI—VII. *Pharmacognosiam* duce Compendio suo: Handbuch der Pharmacognosie. 5. Aufl. Gött. 1864, quinquies per hebd. h. II—III.

THEODORUS MÜLLER, Dr., privatim *Historiam linguae francogallicae* tradet, diebb. Lun., Mart. et Jovis h. XI—XII; *Grammaticam linguae anglicae* docebit adjunctis *exercitationibus practicis*, diebb. Lun. Mart., Jov. et Ven. h. VI—VII vespertina; *Exercitationes gallice scribendi et loquendi* instituet, diebb. Mart., Merc., Ven. et Sat. h. VIII—IX matutina vel alia hora magis commoda. Lectiones privatissimas offert in *linguis anglica, francogallica, italica, hispanica.*

CAROLUS BOEDEKER, Dr., *Exercitationes chemicas practicas* in laboratorio physiologico-chemico moderari perget. *Examinatorium de Chemia theoretica et practica* privatissime et gratis horis quinis instituet.

ERNESTUS SCHERING, Dr., publice in Seminario physico-mathematico *de sphaerae attractione* disseret d. Ven. h. IV; privatim *Theoriam gravitatis magnetismi et electricitatis mathematicam* docebit quater p. h. h. III.

GUILIELMUS KEFERSTEIN, Dr. med., publice *Zoologiam generalem* (i. e. Introductionem in Zoologiam et Zootomiam) die Veneris h. III—IV tradet, *Societatem zoologicam* die Veneris h. VI—VIII sueto more continuabit; privatim *Anatomiam comparatam* quater per hebd. diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis h. III—IV docebit, *Exercitationes practicas zoologicas et zootomicas* in Museo zoologico diebus Lunae et Martis h. IX—XII moderari perget.

FRID. GUIL. UNGER, Dr., h. IV—V *de celeberrimis quae in Italia extant aedificiis nec non plastices et picturae monumentis* dd. Lun., Mart. et Merc. disseret; *artem prospectus delineandi* duce libello suo: »Perspective, Göttingen 1856« dd. Jov. et Ven. docebit.

LEO MEYER, Dr., *Taciti Germaniam* explicabit diebus Martis, Mercurii, Jovis et Veneris h. VIII—IX; Carmen quod *Hêliand* inscribitur interpretabitur praemissa doctrina de *lingua Saxonica antiquiore* diebus Martis, Mercurii, Jovis h. XII—I; *Linguam Sanscritam* docebit eisdem diebus hora III—IV.

EDUARDUS KRÜGER, Dr., *historiae musicae* conspectum dd. Lunae et Jovis h. VIII, *paedagogicae artis historiam* dd. Mercurii et Saturni h. VII enarrabit; publice *lyricos Graecorum poetas minores* explicabit d. Mercurii hora XII.

ALB. PEIP, Dr., *Historiam philosophiae universam* enarrabit quinis p. h. scholis, h. V—VI; *quae inter philosophiam et doctrinam christianam jam inde a gnosticismo usque ad hanc aetatem intercesserit ratio*, publice explicabit die Ven. h. XII—I; praeter *societates philosophicas* eas, quas adhuc moderatus est moderarique perget dd. Lunae et Veneris h. VI—VIII vesp., tertiam instituet, in qua, d. Merc. h. VI—VIII vesp., de quaestionibus philosophicis, praesertim ad religionis philosophiam spectantibus, in contrarias partes disputetur.

E. DE SEEBBCH, Dr., ex itinere redux lectiones indicabit.

GUILIELMUS KLINKERFUES, Dr., privatim *astronomiae sphaericae* doctrinas tradet diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis h. XII—I, publice cum seminarii physico-mathematici sodalibus hora commoda *observationes astronomicas et magneticas* instituet.

L. de USLAR, Dr., *Pharmacopoeam hannoveranam novam* commentario illustrabit quater p. hebd; *Pharmaciam* in usum medicinae studiosorum docebit diebus et horis postea indicandis.

GUIL. HENNEBERG, Dr., publice semel per hebdomadem de *pabuli aestimandi et miscendi ratione*, experimentis, quae Weendae fiunt, in usum adhibitis, hora commoda disseret.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* docebit, dd. Lunae, Martis. Jovis, Veneris et Saturni hh. matutinis VII—XI et horis pomeridianis (excepto d. Saturni) IV—V.

E. HILLE, Mus. Dir. Acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie* et *Orchesterspielverein* vocantur, invitat.

* * *

LUDOVICUS LUELFING, Dr., h. VII—VIII mat. sexies per hebdomad. doctrinam de *Morbis animalium domesticorum*, adiunctis demonstrationibus clinicis in nosocomio veterinario, tradet.

RECITATIONES PRIVATIM DOCENTIUM.

ORDINIS THEOLOGORUM.

FRIDERICUS AUGUSTUS HOLZHAUSEN, Philos. Dr. ac. Theolog. Lic., tradet: *Historiam dogmatum,* senis lectionibus, h. XI. *Privatissima* offert.

EX COLLEGIO REPETENTIUM.

Exercitationes systematicas historicas exegeticas Repetentes sueto more die Lunae h. VI moderabuntur.

THEODORUS HANSEN, h. t. senior, privatim *canticum canticorum, ecclesiastem proverbia* diebus Jovis, Veneris, Saturni h. VII matutina interpretabitur; die Mercurii h. eadem *de mysticorum, qui saec XIV et XV in Germania floruerunt*, indole et doctrina gratis disseret.

AUG. KLOSTERMANN binis per hebdomadem horis vaticinia Joelis, Amosi, Obadiae lectione cursoria gratis interpretabitur; *privatissime* linguam Hebraicam docebit.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

F. B. GREFE, Dr., *Theoriam processus civilis* tradet sexies per hebd. hora I—II.

ERNESTUS MEIER, Dr., privatim *Historiam iuris Germanici tam publici quam privati* quinquies p. hebd. h. VIII—IX; *Jus ecclesiasticum* cum Catholicorum tum Protestantium quinquies p. hebd. h. VII—VIII docebit. Publice de *jurisdictione administrativa et conflictu attributionum* disseret bis p. hebd. diebus Lunae et Jovis h. IV—V.

FERDINANDUS FRENSDORFF, Dr., *Historiam juris Germanici publici et privati* quinquies per hebdom. h. XI—XII enarrabit; *Speculum Saxonum* bis per hebd. h. XII—I gratis interpretabitur.

C. LUDOVICUS DE BAR, Dr., *Jus obligationum* quinquies per hebd. h. VIII—IX tradet; semel per hebd. h. V—VI *de judiciis juratorum* gratis disseret.

ORDINIS MEDICORUM.

CH. F. E. STROMEYER, Dr., *Chemiae theoreticae partes singulas nec non Pharmaciam* privatissime docebit.

R. WIESE, Dr., horis postea indicandis quater per hebdomadem *auscultationem et percussionem* tradet adjunctis exercitationibus practicis.

C. F. LOHMEYER, Dr., quater per hebdomadem *ophthalmologiam* h. VIII—IX tradet.

GUIL. L. KÜNEKE, Dr., *Artis obstetriciae doctrinam* dieb. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VII; *Doctrinam et cursum operationum obst.* dieb. Merc. et Saturn. h. VII; *Gynaecologiam* dieb. Mart., Jov. et Ven. h. VIII tradet. *Repetitoria et Privatissima* offert.

E. EHLERS, Dr., *Osteologiam et Syndesmologiam* d. d. Mart., Jov. et Sat. h. XI—XII; *Zoologiam medicam* d. d. Lun., Merc., Veneris h. VIII—IX vel aliis audituris commodis horis tradet. *Exercitationes microscopicas* sueto more continuabit.

L. THIRY, Dr., *introductionem physicam in physiologiam* quater per hebdomadem tradet. *Quomodo materia in corpore animalium et consumatur et redintegretur* (Stoffwechsel) semel per hebd. gratis exponet.

THEOD. HUSEMANN, Dr., *Pharmacodynamicen artemque formulas medicas concinnandi* quinquies per hebd. h. III—IV tradet.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

JULIUS TITTMANN, Dr., Ord. Phil. Assessor, *literarum elegantiorum apud Germanos historiam recentiorem* docebit h. XI.

S. LANTZIUS-BENINGA, Dr. phil., Ord. Philos. Assessor, *Botanicen generalem et specialem* sexies p. h. h. VII, *Botanicen medicam* h. VIII tradet. Repetitorium ad Botanicen generalem et specialem spectans, excursiones, demonstrationes et exercitationes botanicas practicas instituet.

THEODOR WÜSTENFELD, Dr. phil., *historiam Italiae medii aevi* quaternis scholis h. X—XI vel alia, auditoribus commoda, gratis tradet.

ERNESTUS MOLLER, Dr. phil., Ord. phil. Assessor, *Paedagogicen generalem* ter p. hebd. dieb. Lunae, Martis, Jovis h. XII—I vel alia audituris commoda docebit; *Historiam artis paedagogicae* a saeculo XVI ad nostra usque tempora binis scholis dieb. Mercurii et Veneris h. XII—I enarrabit, quae lectio iis, qui paedagogicen generalem audient, gratis dabitur.

H. ALB. LION, ph. Dr., h. t. absens, in hanc almam Academiam redux factus, scholas indicabit.

FRIDERICUS BIALLOBLOTZKY, Dr., de *communi artium et disciplinarum vinculo,* quo inter se continentur, et de *itineribus* per Italiam, Graeciam, Aegyptum, Palaestinam, Mesopotamiam, Chaldaeam, Assyriam, Africam vel olim factis, vel etiamnunc ita faciendis, ut artes disciplinaeque sua inde capiant incrementa, quater per hebdomadem, hora audituris commoda disseret; *Archaeologiae Biblicae* capita selecta tradet. — *Grammaticam Anglicam* docebit et *Guilielmi Shakespeare* tragoedias interpretabitur.

LUDOVICUS ADOLFUS COHN, Dr. phil., *Historiam universalem* ab anno 1492 usque ad annum 1660 diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. XI—XII narrabit. — *Chronologiam historicam* diebus Lunae et Martis h. VI—VII, die Mercurii h. XI—XII docebit. — Publice *exercitationes historicas* instituet die Jovis h. VI—VII.

A. ENNEPER, Dr., tradet *Geometriam analyticam superficierum et linearum dupliciter curvatarum* dieb. Lun., Mart., Merc., Jov. et Veneris hora XI.

HERM. LANGENBECK, Dr. ph., *Introductionem in philosophiam* bis p. h. diebb. Merc. et Sat. h. X—XI *Psychologiam*, quater p. h. diebb. Lun., Mart., Jov., Ven. h. II—III tradet. Gratis *de recentiorum materialismo* disseret, die Sat. h, XII—I.

TEICHMÜLLER, Dr. phil., privatim quater per hebd. *logicen* docebit: privatim bis per hebd. de principum philosophorum systematibus, quot intra periodum *christianae* quam vocant *philosophiae* usque ad Cantium claruerunt, disseret; *Societatis philosophicae* sodalibus Nicomacheorum librum VI interpretandum proponet.

RUDOLPHUS FITTIG, Dr., *Chemiam organicam* tradet et praecipue illas etiam partes, quae ad Chemiam physiologicam spectant, intuebitur; quater per hebd., diebus Lun., Mart., Merc. et Jov. h. III—IV.

FRIDERICUS BEILSTEIN, Dr., privatim *Chemiam organicam* tradet. quater per hebd., diebus Mart., Merc., Jov. et Vener. h. XII—I.

SIGURDUS ABEL, Dr., *Historiographiae, quam vocant, apud Germanos historiam* ternis per hebd. scholis h. IX tradet; publice *historiam Angliae* inde ab a. 1688 usque ad a. 1832 bis per hebd. h. XII enarrabit.

CAROLUS PAPE, Dr., *Physicen mathematicam* quater p. h. h. XI—XII; gratis *Caloris theoriam mechanicam* bis p. h. eadem hora docebit.

H. HÜBNER, Dr., *systemata chemiae* tam antiquiora quam recentiora inter se comparabit, diebus Martis et Jovis h. VIII—IX.

GUIL. VISCHER, Dr. phil., privatim quater p. hebd. h. X—XI *historiam saeculi quinti decimi et sexti decimi ineuntis*, publice bis eadem hora historiam *Helvetiorum foederatorum* enarrabit. Semel h. VI exercitationes historicas instituet.

R. USINGER, Dr. phil., *Historiam Germanicam* quinis scholis hora XI — XII tradet; publice die Mercurii hora XII — I *Historiam anni 1815* narrabit.

H. L. BUFF, Dr. ph., *Chemiam analyticam* docebit diebus et horis postea indicandis. *Chemiam technicam* diebus Lun. et Saturn. h. XII—I et Merc. h. VIII—IX tractabit.

CAROLUS HATTENDORFF, Dr., *geometriam analyticam* tradet quinquies per hebd. h. IX, *nonnulla problemata analytica et mechanica ope functionum ellipticarum resolvenda* ternis lectionibus h. III tractabit, *principia calculi probabilitatis ad legem mortalitatis humanae applicanda* gratis demonstrabit die Saturni h. VIII.

J. DEDE, Dr., *Statisticam comparativam* tradet dd. Lunae, Martis, Jovis atque Veneris h. XII.

W. DITTENBERGER, Dr. phil., *Syntaxin linguae Latinae* docebit ter per hebd., h. X; gratis *Aristotelis de anima libros* interpretabitur bis per hebd., diebus et horis postea indicandis.

Musicam, artem delineandi, linguas et literas cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. ***Saltandi*** et ***armorum tractandorum artes*** magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DESCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. JURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
6–7				Pharmac. (6) *Wiggers.*
7–8	Cant. Cant. (3) *Hansen.* Myst. doct. (1) *idem.*	Jus germ. priv. (6) *Kraut.* Jus mercat. (5) *Thöl.* Jus priv. germ. (6) *Wolff* Jus eccles. (5) *Meier.*	Botan. gen. et spec. (6) *Grisebach.* Path. et Ther. gen. (6) *Hasse.* Art. obstet. doct. (4) *Küneke.* Curs. op. obst. (2) *idem.*	Botan. spec. (6) *Bartling.* Praec. art. lat. scr. (4) *Sauppe.* Calc. diff. et int. (5) *Stern.* Hist. art. paed. (2) *Krüger.* Doctr. de morb. an. dom. (6) *Luelfing.* Botan. gen. et spec. (6) *Lantzius-Beninga.*
8–9	Hist. eccles. P. II. (6) *Duncker.* Hist. eccles. P. I. (6) *Wagenmann.*	Doctr. jur. Rom. de hered. *Francke.* Hist. proc. civ. Rom. (3) *Schlesinger.* Jus naut. priv. (3) *idem.* Hist. jur. German. (5) *Meier.* Jus oblig. (5) *de Bar.*	Botan. med. (4) *Grisebach.* Path. et Ther. gen. (2) *Hasse.* Tocol. (4) *Schwartz.* Path. et Ther. gen. (4) *Krause.* Opthalm. (4) *Lohmeyer* Gynaecol. (3) *Küneke.* Zool. med. (3) *Ehlers*	Botan. med. (5) *Bartling.* Reform. Germ. hist. (1) *Waitz.* Hist. medii aevi (4) *idem.* Urb. Rom. Topogr. (3) *Wiescler.* El. rei numm. (2) *Curtius.* Polit. (3) *Helferich.* R. rust. aestim. (4) *Griepenkerl.* Theor. aeq. num. (4) *Stern.* Calc. int. appl. (1) *idem.* Exercc. gall. scr. et loq. (4) *Müller.* Tac. Germ. (4) *Meyer.* Hist. mus. (2) *Krüger.* Botan. med. (6) *Lantzius-Beninga.* Syst. chem. comp. (2) *Hübner.* Chem. techn. (1) *Buff.* Princ. calc. probab. ad leg. mort. hum. appl. (1) *Hattendorf.*
9–10	Exercc. liturg. (1) *Schöberlein.* Evang. et Ep. Joann. (5) *Wiesinger.* Evang. tr. pr. (6) *Lünemann.*	Pandect. (6) *Ribbentrop.* Jus germ. priv. (6) *Kraut.* Proc. crimin. (5) *Zachariae.* Jus germ. priv. (6) *Wolff.*	Chem. (6) *Wöhler.* Exercitt. clin. chirurg. (6) *Baum.*	Aesch. Pers. (4) *Sauppe.* Exercc. zool. (2) *Keferstein.* Historiogr. hist. (3) *Abel.* Geom. anal. (5) *Hattendorf.*
10–11	Semin. homil. (1) *Ehrenfeuchter.* Semin. homil. (1) *Wiesinger.*	Jur. publ. German. (6) *Zachariae.* Jur. philos. (4) *Herrmann.* Hist. jur. Rom. *Pernice.* Hist. jur. Rom. *Ubbelohde.* Hist. jur. Rom. (6) *Schlesinger.*	Schol. clin. et policl. (6) *Hasse.* Physiol. exper. P. I. (5) *Meissner.* Physiol. gen. et spec. (6) *Herbst.*	Hydrost. et Hydr. (4) *Ulrich.* Exercc. math. (1) *idem.* Jesaiae l. (6) *Ewald.* Hist. Poes. Lat. (5) *de Leutsch.* Psalm. (6) *Bertheau.* Metaph. (4) *Lotze.* Archaeol. un. (5) *Wieseler.* Techn. oecon. (3) *Griepenkerl.* Exercc. zool. (2) *Keferstein.* Hist. Ital. med. aevi (4) *Wüstenfeld.* Introd. in philos. (2) *Langenbeck.* Hist. s. XV et XVI (4) *Vischer.* Hist. Helv. foed. (2) *idem.* Synt. ling. lat. (5) *Dittenberger.*
11–12	Semin. homil. (1) *Ehrenfeuchter.* Eth. theol. (5) *Schöberlein.* Semin. hom. (1) *Wiesinger.* Pauli Ep. ad Rom. (5) *Ritschl.* Jes. et Mich. theol. proph. (3) *Gess.* Praec. art. cat. (4) *Rettig.* Exercc. catech. (2) *idem.* Hist. dogm. (6) *Holzhausen.*	Pandect. (6) *Ribbentrop.* Instit. jur. Rom. *Francke.* Theor. art. civ. (5) *Hartmann.* Theor. proc. civ. (6) *Pernice.* Hist. jur. Germ. (5) *Frensdorff.*	Anatom. gener. (3) *Henle.* Osteol. et Syndesm. (3) *Ehlers.*	Introd. in Bibl. *Ewald.* Botan. oecon. (4) *Bartling.* Hist. Germ. liter. (3) *Bohtz.* Semin. phil. (1) *de Leutsch.* Hist. reform. (2) *Havemann.* Theol. vet. test. (4) *Bertheau.* Exercc. phys. (1) *Listing.* Geogr. Am. (4) *Wappäus.* Semin. phil. (2) *Curtius.* Sem. phil. (2) *Sauppe.* Sem. paedag. (2) *idem.* Hist. l. francog. (3) *Müller.* Exercc. zool. (2) *Keferstein* Lit. German. hist. *Tittmann.* Hist. univ. (4) *Cohn.* Chron. hist. (1) *idem.* Geom. anal. sup. (4) *Enneper.* Phys. mathem. (4) *Pape.* Theor. mech. (2) *idem.* Hist. Germ. (5) *Usinger.*

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. JURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
12–1	Regn. div. (2) *Ehrenfeuchter.* Hist. Eccles. univ. (3) *Duncker.* Eth. theol. (1) *Schöberlein.* Theol. dogm. P. II. (5) *Ritschl.* Dogm. Christ. P. II. (5) *Gess.*	Doct. de Servit. (3) *Ribbentrop.* Exeget. (3) *idem.* Jus crimin. (6) *Herrmann.* Theor. proc. civ. (5) *Hartmann.* Jus oblig. (6) *Maxen.* Spec. Saxon. (2) *Frensdorff.*	Anatom. syst. P. II. (6) *Henle.*	Miner. et Geogn. agr. (4) *Sartorius de Waltershausen.* Optic. (4) *Listing.* Semin. arch. (1) *Wieseler.* Hist. ant. (5) *Curtius.* Walth. Carm. (3) *Müller.* Chrest. sanscr. (3) *Benfey.* Ling. zend. (2) *idem.* Heliand (3) *Meyer.* Poet. lyr. Gr. min. (1) *Krüger.* Nex. phil. et christ. rel. (1) *Peip.* Astron. sphaer. (4) *Klinkerfues.* Paedag. gen. (3) *Moller.* Hist. art. paedag. (2) *idem.* Rec. mater. (1) *Langenbeck.* Chem. organ. (4) *Beilstein* Hist. Angl. (2) *Abel.* Hist. a. 1815 (1) *Usinger.* Chem. techn. (2) *Buff.* Statist. comp. (4) *Dede.*
1–2		Theor. proc. civ. (6) *Grefe.*		
2–3	Symb. comp. (2) *Matthaei.* Libr. symb. e. Luth. (3) *idem.*		Oss. fract. (1) *Baum.* Ocul. et aur. morb. (4) *idem.*	Lectt. arab. pers. turc. *Ewald.* Ling. arab. et syr. *Bertheau.* Pharmacogn. (5) *Wiggers.* Psychol. (4) *Langenbeck.*
3–4	Theol. pract. P. II. (5) *Ehrenfeuchter.* Theol. Nov. Test. (4) *Wiesinger.* Doctr. Protest. hist. (4) *Wagenmann.*		Doct. de rem. effect. (5) *Marx.* Chirurg. P. I. (1) *Baum.* Curs. operat. (2) *Schwartz.* Schol. clinic. (2) *idem.* Medic. for. (3) *Krause.* Pharmacodyn. (5) *Husemann.*	Log. et Metaph. (5) *Ritter.* Prosemin. (1) *de Leutsch.* Tac. Hist. (4) *idem.* Hist. Eur. regnn. (4) *Havemann.* Gramm. l. theot. (4) *Müller.* Pol. oec. theor. (4) *Helferich.* Th. grav. magn. et el. (4) *Schering.* Zool. gen. (1) *Keferstein.* Anat. comp. (4) *idem.* Ling. sanscr. (3) *Meyer.* Chem. organ. (4) *Fittig.* Probl. anal. et mech. (3) *Hattendorf.*
4–5	Vit. Jes. Chr. (4) *Ehrenfeuchter.* Theol. pract. (3) *Schöberlein.*	Proc. pract. (2) *Briegleb.* Civ. pract. (2) *Thöl.* Relat. (2) *Hartmann.* Caus. et qu. juris. publ. (1) *Pernice.* Jurisd. adm. et confl. attr. (2) *Meier.*	Chirurg. P. I. (5) *Baum.* Physiol. gen. et Embr. (1) *Meissner.* Schol. clin. (2) *Schwartz.*	Observv. phys. (1) *Weber.* Psychol. (3) *Bohtz.* Aesthet. (2) *idem.* Hist. German. (4) *Waitz.* Aesthet. (4) *Lotze.* Obs. meteor. (1) *Listing.* Semin. arch. (1) *Wieseler.* Sphaer. attr. (1) *Schering.* Monum. ital. (3) *Unger.*
5–6	Exercc. catech. (1) *Ehrenfeuchter.* Exercc. catech. (1) *Wiesinger.*	Proc. pract. (2) *Briegleb.* Civ. pract. (2) *Thöl.* Relat. (2) *Hartmann.* Jus jurat. (1) *de Bar.*	Exercc. operat. chirurg. (6) *Baum.* Physiol. gen. et Embr. (1) *Meissner.* Diagn. phys. (3) *Kraemer.* Morb. Ven. (1) *idem.*	Geom. pract. (4) *Ulrich.* Observv. phys. (1) *Weber.* Phys. P. I. (3) *idem.* Hist. phil. P. I. (5) *Ritter.* Hist. phil. univ. (5) *Peip.*
6–7	Cant. eccles. (1) *Schöberlein* et *Hille.* Societ. hist. theol. (1) *Wagenmann.* Exercc. syst. (1) *Coll. Repet.*			Geom. pract. (4) *Ulrich.* Observv. Phys. (1) *Weber.* Phys. P. I. (3) *idem.* Exercc hist. (1) *Waitz.* Prosem (1) *Curtius.* Prosem. (1) *Sauppe.* Gramm. l. angl. (4) *Müller.* Soc. zool. (1) *Keferstein.* Soc. philos. (3) *Peip.* Chron. hist. (2) *Cohn.* Exercc. hist. (1) *idem.* Exercc. hist. (1) *Visaher.*
7–8				Soc. zool. (1) *Keferstein.* Soc. philos. (3) *Peip.*

NB. Scholae, quarum horae non erant indicatae, in hunc conspectum receptae non sunt.

INDEX SCHOLARUM

PUBLICE ET PRIVATIM

IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE HIBERNUM

A. D. XV. M. OCTOBRIS A. MDCCCLXV. USQUE AD D. XV. M. MARTIS A. MDCCCLXVI. HABENDARUM.



Praemissum est Ernesti de Leutsch Additamentorum ad Lud. Disseni in Pindari Carmina Commentarium Specimen secundum.

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
PRORECTOR
HENRICUS ALB. ZACHARIAE D.
C U M   S E N A T U.

Accedimus ad Pindari epinicium Nemeaeum tertium, quod inter difficillima poetae carmina referendum esse inter omnes constat. Post Dissenum de eius fine singularumque partium nexu Leopoldus Schmidtius disputavit, de Vit. et Poes. Pind. p. 664.

Pag. 375.

Scholia,] in quibus Hom. hymn. XXV, 2 affertur *ἐκ γάρ τοι Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν.* — *μᾶτερ ἁμετέρα, λίσσομαι*, modeste et tamen cum emphasi: Pyth. III, 2 *ἤθελον .... ἁμετέρας ἀπὸ γλώσσας κτλ.*: superbiae et potentiae declarandae eadem numeri variatio inservit Hom. Il. A, 29: *τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ*, ubi ad vv. *πρίν μιν κτλ.* in scholiis Venetis haec adscripta sunt: *καθ' ἑαυτὸ τοῦτο προφερόμεθα· καὶ γὰρ ἐμφατικώτερον*: ironiae Hom. Il. *Φ*, 60, modestiae Odyss. *ο*, 88: add. Tacit. Hist. I, 1: *dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam .. non abnuerim*: IV, 5 *quoniam iterum in mentionem incidimus viri .. paucis repetam*: C. Cassius apud eundem Ann. XIV, 43: *simul quidquid hoc in nobis auctoritatis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam*: Verg. Ecl. VII, 21 *Nymphae, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen .. concedite*: alia suppeditat Walchius ad Tac. Agricol. 43, p. 409 et qui de toto hoc genere disputavit Klotzius in Nov. Annal. philol. et paedag. T. XLIX, p. 41 sqq. Singularem in summo affectu habet Pind. Isthm. I, 1, ubi v. notam. — *τὰν, hancce*, in qua nunc versamur. — *πολυξέναν*, de feminina adjectivi positione monuit Lobeck. Paralipp. Gr. Gr. p. 467: cognata est *ἀβάταν ἅλα* infr. 21, quam idem Lobeckius l. c. p. 458 cum *ἀμετρήτας ἁλὸς* Isthm. I, 53 et *ἀκινήταν ῥάβδον* Olymp. IX, 51 componit.

Pag. 376.

ed. Lips.] Add. Scholl. ad vs. 1: *ἱερομηνίαι δὲ λέγονται αἱ ἐν τῷ μηνὶ ἱεραὶ ἡμέραι οἱαιδήποτε θεοῖς ἀνειμέναι*: de v. *ἱερομηνία* accurate egit G. Th. Welcker. Mythol. Gr. T. I, p. 554.

Boeotia Musa.] Sed cum hoc loco poeta Boeotiam Musam ne verbo quidem commemoret, haec causa nulla videtur. Adde quae ad vs. 2 de v. *τὰν* monuimus.

Pag. 377.

melos.] — *ἀπὸ μήτιος*, mente mea depromptam.

in Del. 18.] Verbum *ἄρχειν* apud veteres poetas lyricos haud raro in carminum exordiis positum invenitur: Alcman. fr. 1, Stesich. fr. 44 Bergk.: ex lege quadam s. *τεθμῷ* hoc explicandum videtur. — Bergkius ex coniectura scripsit *ἄρχε δ', οὐρανοῖο πολυφίλα κρέοντι θύγατερ, Δόκιμον κτλ.*, Ty. Mommsenius cum Aristarcho et codicibus *ἄρχε δ', οὐρανῷ πολυνεφέλᾳ κρέοντι θύγατερ, Δόκιμον κτλ.* cum hac explicatione: *filiam eius qui in coelo nubiloso regnat*, i. e. Jovis: aliam enim Aristarchus iniit viam, ut narrant Scholia ad n. l.: *καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος Οὐρανοῦ θυγατέρα τὴν Μοῦσαν δέδεκται, καθάπερ Μίμνερμος καὶ Ἀλκμὰν ἱστοροῦσιν· ὁ δὲ Ἀμμώνιος προςτίθησιν, ὅτι διὰ τοῦτο κρέοντα κέκληκε τὸν Οὐρανὸν, ὅτι πρὶν Κρόνον βασιλεῦσαι οὗτος ἐβασίλευσεν:* at ex Pindari mente Musae Jovis filiae sunt, v. Hymn. fr. 3 Boeckh., nec dativus *κρέοντι* ex vocativo *θύγατερ* aptus esse potest.

Pyth. VIII, 29.] *νιν* recte Ty. Mommsenius. — *κοίν' ἀείσομαι* e Scholiis Bergkius. Vulgatam verte: *in communionem cantus et lyrae admittam:* ex usu forensi haec verbi *κοινοῦσθαι* significatio derivata videtur: cf. Schoemann. ad Isaei oratt. p. 419.

Pag. 378.

ibid. ep. 12.] *πόνον*, carmen labore et summa animi intentione perfectum. Laboris enim ac studii in carmine perficiendo collocati mentionem Pindarus dignam censet, quae in ipso carmine commemoretur.

oratio vs. 65.] Heimsoeth. Add. et Corr. p. 5 lyram subjectum fecit, Aristocliden O. Goram Philol. T. XIV, p. 497, hymnum Leop. Schmidt. l. c. p. 471, Rauchenstein. Comm. Pind. Spec. I, p. 22 ac Philol. T. XIII, p. 250 *ἕξεις* scribendum esse coniecit, sc. *ὦ Μοῖσα:* at, ut vv. *Μυρμιδόνες ἵνα κτλ.* demonstrant, rectissime Scholiasta dixit: *χαρίεντα τὸν ὕμνον ἕξει ἡ Αἴγινα ἡ οὖσα τῆς περὶ αὐτὴν χώρας ἄγαλμα:* nam *χώρας ἄγαλμα* est i. q. terra s. urbs praestantissima et pulcherrima, ut in Pindari fr. incert. 104 Boeckh. *ἱερώτατον ἄγαλμα* sanctissima eaque pulcherrima dea appellatur: omnia enim perfecta et pulchra *ἀγάλματα* dicuntur: v. Plat. Charmid. p. 154 C.: *πάντες ὥσπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν*, ubi cf. interpp.: simili modo de certamine splendidissimo *πρόσχημα ἀγῶνος* Sophocles posuit Elect. 682, Euripides *σχήματ' οἴκων* Hecub. 619 et alia, de quibus v. Blomfield. ad Aesch. Sept. c. Theb. gloss. 684. — *Ἵνα*, magna cum vi postpositum, v. infr. vs. 22 *ἇς*.

Pag. 379.

poeta dixit.] V. *ἀγορὰν* Kayser. in Ann. Vindobon. T. CV, p. 108 in *ἕδραν* mutandum esse censet, Rauchenstein. in Philol. T. XIII, p. 250 in *ὁρμὰν* vel *ἀλκάν: ἀγορὰ* h. l. *forum* significat, quod Aristoclides Thearii sodalis muneris causa tunc cum maxime frequentabat.

γένναν.] Contrarium est *γεραίρειν:* v. annott. ad Nem. V, 8.

excogitata.] Cum pronomen *τεὰν* neque ad Musam neque ad Jovem referri possit, Bergkius recte Heynii scripturam *ἑὰν* reduxit: *ἑὰν κατ' αἶσαν*, i. e. secundum ea quae per fortunam Aristoclidae concessa erant: sic Pind. Nem. VI, 16 *οὐκ ἄμμορος*. Ty. Mommsenius *τεὰν* defendere studet. —

Μαλαχθεὶς, *ictibus percussus*, male mulcatus, fractus: verbum ab arte coriaria translatum: v. Knoch. ad Babr. fabb. fr. p. 67: de vi participii adi Matthiae Gr. Gr. p. 1294. — Denique v. *στόλος* de pancratiastae apparatu et pro vulgari v. *στολή* dictum esse Ludov. Dindorfius ad H. Stephani Thes. L. Gr. s. v. *στόλος* p. 801 D. contendit: sed Pindari tempore pancratiastas in certamine apparatu quodam vel armis instructos fuisse nullo modo probari potest. Equidem v. *στόλος* de expeditione accipiendum esse putaverim ab iuvenum Aegineticorum agmine s. coetu (*ἴλη*) Nemeorum causa suscepta: v. Pind. Nem. V, 38 sqq.; dicit igitur poeta: quorum forum sua sorte non polluit Aristoclides, quamquam in robustorum iuvenum expeditione pancratii causa suscepta crebros ictus perpessus est.

Pag. 380.

simul.] Non Aristoclides, sed, ut iam Er. Schmidius perspexerat, *τὸ καλλίνικον* subjectum est; poeta hoc sibi vult: carmen victoriale, *ᾠδὴ καλλίνικος*, Nemeae quidem, sc. cui ego in victorum laudem carmina compono egregia, *φέρει*, affert plagarum remedium. — *Βαθυπέδῳ*, quod de Nemea in valle depressiore sita intellexit Ern. Curtius Peloponn. T. II, p. 587, rectius ut videtur ad terrae fertilitatem relatum est a Blomfieldo ad Aesch. Prom. Vinct. gloss. 673: add. *πέτραν βαθυλείμωνα* Pyth. X, 16. — *Ἐν* (sic) *βαθυπεδίῳ* Ty. Mommsenius: sed quae de prava forma *βαθυπέδιος* Boeckhius in not. crit. ad h. l. et Lobeckius Paralipp. Gr. Gr. p. 247 monuerunt, nondum refutata sunt.

Ol. VIII, 19.] *Καλὸς*, propter theori munus Aristoclidae delatum de pulchritudine iniecit mentionem poeta: credibile enim est in theoris creandis cives spectasse, ut essent et genere nobilissimi et virtute optimi et forma praestantissimi: Plat. Legg. XII, p. 950 E: *Πυθῶδε τῷ Ἀπόλλωνι καὶ εἰς Ὀλυμπίαν τῷ Διῒ καὶ εἰς Νεμέαν καὶ εἰς Ἰσθμὸν χρὴ πέμπειν . . . καὶ καλλίστους τε καὶ ἀρίστους, οἵτινες εὐδόκιμον τὴν πόλιν ἐν ἱεραῖς τε καὶ εἰρηνικαῖς συνουσίαις ποίησουσι δοκεῖν:* et juvabit in mentem revocasse Taciti verba Hist. I, 7: *ipsa aetas Galbae inrisui ac fastidio erat adsuetis iuventae Neronis et imperatores forma ac decore corporis ut est mos vulgi comparantibus.* — *εἰ δ' . . ἐπέβα*, apodosis hypothetica omissa est, *ταῦτα λέξω* vel simile quid, ut *ποιήσω* s. *μνησθήσομαι* Nem. IV, 79: protasis vero de re dicta est per se aperta nec facile dubitanda: v. Pind. Ol. I, 18. VI, 78. Pyth. XII, 28 et cf. Hartung. de Particc. Gr. T. II, p. 212 sq. Eiusdem structurae exempla apud Latinos haud raro obvia: Sallust. Histor. fr. I, 45, 25 Kr.: *quae si vobis pax et concordia intelliguntur* (sc. hoc dico), *maxuma turbamenta reipublicae atque exitia probate:* Liv. XXI, 40, 5. XXII, 52, 2 cett., Tac. Hist. I, 16: Hor. Carm. IV, 9, 1 *ne forte credas* cett.

ἥρως θεὸς] Cf. Welckeri Myth. Gr. T. II, p. 785.

pateret.] Ty. Mommsenius codices secutus *ὑπερόχους, ἰδίᾳ τ' ἐρεύνασε* edidit: recte, ut opinor: *ἰδίᾳ* i. q. *ἰδίᾳ ἀπ' ἄλλων* sonat, sine comite ullo; ad Stesichorum autem respici videtur, v. ann. ad Nem. I, 62. — De v. *τεναγέων* recte Heckerus in Philol. T. V, p. 446 haec exposuit: „verbo *τεναγέων* Pindarus intellectas voluit Syrtes Libycas, secundum quas Her-

cules progressus est: v. Apoll. Rhod. Argon. IV, 1400 quasque τεναγώδεας dixit idem Apollonius IV, 1264". Nec eo consilio Hercules haec vada pervestigavit ut Atlantis instar omnia maris profunda disceret. sed ut beluas in vadis latentes occideret: Plut. Thes. c. 1: τὰ δ' ἐπέκεινα θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις.

Pag. 381.

in patriam.] Inest in v. πόμπιμος etiam tutelae et securitatis notio: cf. Eurip. Med. 848 πόμπιμός σε χώρα ἕξει.

metam veniebat.] Eodem sensu *qua* legitur apud Tibullum IV, 1, 53: *illa per ignotas audax erraverit urbes, Qua maris extremis tellus includitur undis*, ubi v. Dissenum.

pertineret.] Est φράδασσε i. q. notam fecit terram, manifestam, sc. nomen ei suum indendo: poeta enim respicit ad Ἡράκλεος κίονας sup. v. 21 memoratos. Itaque Pindarus Herculem dicit primum mare profundum perscrutatum esse, tum ea vada, unde reditum sibi parasset, denique terrae remotissimae nomen dedisse. Ceterum per fabulam vv. 19—26 inclusam victorem poeta hortatur, ut ne pluris quam par sit victoriam faciat neve superbiat.

revocat se.] Παραμείβεαι, praetereundo rectam viam ad promontorium peregrinum defers.

Pag. 382.

Μοῖσαν φέρειν.] Musam portare, i. e. transferre in alium locum: plane alio sensu Ol. IX, 41 γλῶσσαν φέρειν dictum est.

positum.] At eiusmodi sententia propter Herculem modo laudatum non videtur huic loco apta. Quare ἐσλὸς nominativus mihi est singularis, a quo infinitivus αἰνεῖν pendet: adiuncta autem meo verbo iustitia egregia ad laudandum est, i. e. summo iure Aeacum nunc laudo.

possint.] γαρυέμεν, i. e. ὥστε γηρύειν, ut sup. v. 29 ἐσλὸς αἰνεῖν, Pyth. XII, 22 ἔχειν. — Legem poeseos, τεθμόν, poeta his verbis pronuntiat: saepe ita Pindarus: v. Isthm. V, 20. Ol. VII, 88. XIII, 29. Nem. IV, 33 c. annot. et cf. Welckeri Scr. Minor. T. II, p. 191, eiusd. Monum. art. antiq. T. I, p. 47 sq.

nactus esset.] Recte Bernhardy: antiqua in virtute Peleus oblectatus est, i. e. antiquo tempore antiqua virtute Peleus excelluit, is qui hastam nobilem abscidit. Similiter ἀγλαΐζεσθαι ἔν τινι Olymp. I, 14. ubi v. Schneidewinum. Nunc patet optime v. παλαιαῖσι a poeta primum periodi locum concessum esse.

cit. p. 141.] Adde quae ego de Pelei hasta disserui in Gerhardi Diar. archaeol. a. 1862, nr. 159 B.

Pag. 383.

apud tragicos.] Locos collegerunt Bornemann. ad Xenoph. Conviv. 8, 4, Luebker. Disquis. Gramm. Spec. I, p. 95. — κλαωλκόν Ahrensius Philol. T. IV, p. 59 corrigendum censet: sed digammate vel alia consonante nomen Ἰωλκός instructum esse videtur, v. Tych. Mommsen. Annot. crit. Supplem. p. 135 coll. p. 166 sq. Ceterum Dio Chrysost. Oratt. T. I, p. 64 R. temere a poetis hoc Pelei facinus fictum esse contendit, de qua re breviter monui Philol. T. XV, p. 302.

Aeginetarum heroum.] Herculem poeta nunc tacet, quia in bello contra Laomedontem ψιλοῦ partes egit, Telamonem vero et Jolaum nominat, quia in prima acie stantes Troiae moenia ceperunt: v. annott. ad Isthm. III, 33. Plane eadem ratione etiam de expeditione contra Amazonas suscepta statuendum erit, in qua Herculi unum illud cum Hippolyta certamen mandatum erat: v. Gerhardi librum qui inscribitur Auserl. Vasenb. T. II, p. 65. Qua Telamonis et Amazonum commemoratione sine dubio sculpturas in mentem poeta revocat, quae Aeginae in Minervae templo conspiciebantur: v. Welckeri Monum. antiq. T. I, p. 44.

Pag. 384.

animi.] Etiam Ty. Mommsenius ἀκμάν edidit: sed libri recte ἀλκάν; nam in eiusdem vocis repetitione non haerendum est: v. φέρειν vs. 28 et 30, ποτέ vs. 38. 39. 41.

Nem. VIII, 45.] Ψεφηνὸς cum codd. etiam Ty. Mommsenius: recte, quamquam formam ψεφεννὸς carminum Pindaricorum dialecto convenire docuit Schneidewin. in Nunc. liter. Gotting. a. 1843, p. 1784.

firmus.] Ἀτρεμέϊ cum D aliisque codd. jure praefert Hecker. Philol. T. V, p. 448: in sensum enim propter Peleum et Telamonem supra commemoratos aptissime quadrat. — γεύεται, Isthm. I, 21.

perficiente.] Graecorum gentes illustres insitam quandam atque innatam virtutis indolem cupiditatemque habere Pindarus credidit, v. Isthm. I, 40 ibiq. annot., idemque illius aetatis crediderunt nobiles: Aristot. Polit. I, 2, 19: ἀξιοῦσι γὰρ ὥσπερ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπον καὶ ἐκ θηρίων γίνεσθαι θηρίον, οὕτω καὶ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθόν, quibuscum cf. Welckeri disputationem Theogn. proll. p. XXII sqq. insertam. Hinc id quod saepe Pindarus contendit, naturae dotes iis multo praestare quae quis didicerit aut exercitatione assidua imbiberit, non mirum est profluxisse: Scholl. ad vs. 75: διαπαντὸς δὲ ὁ Πίνδαρος μᾶλλον τὰ ἐκ φύσεως ἀγαθὰ τῶν ἐκ διδασκαλίας παραγενομένων προκρίνει, v. Nem. I, 36. Ol. II, 86. In contrariam partem Simonides in carminibus disputavit, etiam in hac re a Pindaro plane diversus, v. Goram in Philol. T. XVI, p. 59.

Pag. 385.

Philyrae antro.] De hoc loco post Friederichs. in Philol. T. XIII, p. 44 et Raucheust. ibid. p. 251 copiose disseruit Bergkius ibid. T. XVI, p. 593: mea sententia vv. τὰ μὲν liberiore modo respondent vv. ὅλον δ' ἔπειτ' κτλ. vs. 49, ἄθυρεν transitivo sensu est i. q. ludendo perfecit et prima pars periodi v. ἔργα ita finitur, ut puncto minore distingui debeat. In sequentibus explicationis causa ἀσυνδέτως adiunctis Er. Schmidii emendationem ἶσον ἀνέμοις probo, ut quae Achillis pueri in hasta vibranda et iaculanda dexteritas fuerit homerica imagine describatur. Hom. Il. Φ, 169 Ἀχιλεὺς μελίην ἰθυπτίωνα Ἀστεροπαίῳ ἐφῆκε, itaque comma participio πάλλων subiunctum post v. ἀνέμοις transferendum est. Vs. 46 neque quod Rauchensteinius μάχας λεόντεσσί τ' ἀγροτέροις ἔπρασσεν πικράς, neque quod Bergkius excogitavit ἔπρασσεν φονῶν necessarium iudico, cum μάχᾳ usu notissimo sit i. q. ἐν μάχᾳ, σὺν μάχᾳ, pugnando, et ἔπρασσεν φόνον ut cum Ovidio loquar i. q. mortem fecit. Poeta dicit, puerum hasta infesta non

solum eminus leones aggressum esse, sed etiam cominus cecidisse. — σώματι . . ἀσθμαίνοντι non recte Ty. Mommsenius: ad v. ἄθυρε attendi debet. — Ἑξέτης, hunc annorum numerum ex ὑποθήκαις Χείρωνος, carmine Hesiodeo, desumptum esse coll. Quintil. Inst. Orat. I, 1, 21 pulchre Bergkius l. c. demonstravit. — Dele comma post n. Ἀθάνα positum.

Pag. 386.

mirantur.] Ἀθάνα, quam per totam vitam fautricem adiutricemque habuit.

Ἠπιόνης.] Hanc ipsam lenem peritamque vulneris recentis tractationem Sosiae patera ante oculos ponit repraesentans Achillem manus vere medicas Patrocli vulneribus adhibentem: v. Gerhard. in libro *Griechische und etruskische Trinkschalen* tab. VI et VII, coll. p. 7.

Welckeri,] quem nunc vide in Mythol. Gr. T. II, p. 683.

laudari:] exposita autem erant haec praecepta in Χείρωνος ὑποθήκαις, poemate claro gentis Hesiodeae: v. ann. ad vs. 49. — Cum scholiasta explicet ἔτρεφεν ἐν τοῖς ἁρμοδίοις καὶ προςήκουσι τὴν Ἀχιλλέως παιδεύων ψυχήν, et paraphrastes scribat εἰς ταῦτα ἀτίταλλε τὸν Ἀχιλλέα ὁ Χείρων ἁρμοστὰ αὐτῷ πάντα παρέχων, Heckerus Philol. T. V p. 448 recte πᾶσι θυμὸν corrigit, praesertim cum veterum poetarum usu haec correctio comprobetur: v. Theocr. XV, 111 πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν. Contendit quidem male sonare ἀρμένοισι πᾶσι Mommsen. ad h. l.: sed ut in hoc carmine vs. 73 παισὶ νέοισι Pindarus sine haesitatione composuit et vs. 43 μὲν μένων, ita Thren. fr. I, 1 μὲν μένος, Pyth. VIII, 39 τὸν ὅνπερ, fragm. inc. 137, 3 ἅμ' Ἀμάζονος, Ol. VII, 59 ἀκλάρωτον λίπον, ἁγνὸν θεόν, ib. 61 μέλλεν θέμεν, Pyth. VII, 9 πάσαισι γὰρ πολίεσσι, Pyth. II, 8 ἀγαναῖσιν ἐν χερσί, add. ib. 45. 65, et v. Lobeck. ad Soph. Aiac. 61. — θυμὸν αὔξων, formula homerica, Hom. Il. *P*. 226.

frementem.] Λυκίων τε . . καὶ Φρυγίων Δαρδάνων τε, de particularum τε καὶ collocatione cf. Nem. IV, 9, de copula τε post pp. τε καὶ adjecta Ty. Mommsen. Adnot. crit. suppl. p. 194. — Δαρδάνων, de Troianis et Hectore dictum, v. Encom. fr. 3: Lycii Phrygesque propter magnam barbarorum copiam ab Achille praeliis fusorum nominati. — Χεῖρας, Bergkius suspectat: sine causa, v. Hom. Il. Φ, 469 μιγήμεναι ἐν παλάμῃσιν.

Pag. 387.

editione.] Ἐν φρασὶ πάξαιθ', est φρασὶ forma, qua Pindarus ubique utitur, v. Ty. Mommsen. Adnot. crit. suppl. p. 72; πάξαιτο medium, aliis in locis activum positum, v. Pyth. II, 91: sic δρέπων Olymp. 1, 13, δρέπεσθαι Nem. II, 9 et multa alia, quorum partem collegit idem Mommsen. l. c. p. 204. — ὀπίσω πάλιν οἴκαδ', cumulatio notabilis: Hom. Od. λ, 149 πάλιν ὀπίσσω, Hom. hymn. in Cerer. 205 ἔπειτα μεθύστερον, Soph. Aiac. 414 πολὺν δαρὸν χρόνον, id. Oedip. Colon. 1408 αὖθις αὖ πάλιν, Eurip. Hecub. 489 ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην Ψευδῆ, Aristoph. Nub. 975 εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνιστάμενον: neque aliter Latini: Virg. Aen. VI, 146 *namque ipse volens facilisque sequetur:* alia monstrant Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 169. Bak. ad Cleomed. Meteor. p. 321. Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. I, 27, 4.

Pag. 388.

Isthm. IV, 54.] Non recte Dissenus: *χάρμα ἐπιχώριον*, res gaudii plena et in Aegina insula nata, dicitur Aristoclidae victoria: sic *χάρμα* de victoria etiam Pyth. VIII, 64 et Isthm. IV, 54: simili ratione Simon. Amorg. fr. VII 38 *χάρμα ναύτῃσιν μέγα.*

transit ad hunc.] *βοὰ πρέπει*, excellit et splendet; *πρέπειν* de rebus sub sensus cadentibus, hic de cantu qui auribus percipitur dictum, notavit Lobeck. Rhemat. p. 340; comparari potest *ἄκουσεν* Nem. II, 14, ubi v. annot.

πόλιν,] add. Nem. I, 18 c. annot. — Inversionem quae in vv. *νᾶσον λόγῳ* inest, exemplis illustrat Ty. Mommsen. Annot. crit. supplem. p. 118.

Pag. 389.

habita.] Add. H. M. Meieri de theoriis Graec. disput. Hal. 1837, p. I. XIV.

Pag. 390.

magna laude.] Cum Bergkio *τρίτος* scribendum et post v. *παλαιτέροισι* puncto minore distinguendum est, ut vv. *ἐν παισὶ . . . παλαιτέροισι* pronomen *τις* explicetur. Quod sequitur membrum cum eodem Bergkio in hanc formam redigendum: *μέρος ἕκαστος οἷον ἔχομεν Βρότεον ἔθνος:* intellige: *μέρος* (i. e. *λάχος*) *ἕκαστος* (sc. *ἔχει*) *οἷον ἡμεῖς, βρότεον ἔθνος* (cf. Nem. VII, 54 *ἕκαστος διαφέρομεν*) *ἔχομεν.*

antecedentibus.] Ex codd. cum Bergkio et Ty. Mommsenio *ὁ θνατὸς αἰών* reducendum est. Ceterum de hoc loco optime egit scholiasta hisce verbis: *Ἀρίσταρχος· τρεῖς μὲν τὰς καθ' ἡλικίαν ἀρετὰς* (codd. *ἅς*) *προεξηρίθμηται, τὸ ἐν παισὶν εἶναι παῖδα καὶ τὸ ἐν ἀνδράσιν ἄνδρα καὶ τὸ ἐν παλαιοτέροις παλαιότερον. καὶ τετάρτην δέ φησιν ἐλᾶν* (i. e. *ciere, excitare:* v. Hyporch. fr. IV, 5 ibiq. annot.) *ἀρετὴν τὸν τῶν ἀθρώπων βίον* [in textu igitur *θνατὸς* habuit]. *τετάρτη οὖν ἐστιν ἀρετὴ αὕτη πρὸς αἷς εἴρηκεν ὡς δεῖ περὶ τοῦ παρόντος φροντίζειν καὶ μὴ περὶ τῶν ἐσομένων πάντων, ἀλλὰ πρὸς τὸ παρὸν δύνασθαι ἁρμόζεσθαι.* §. *ὁ θνητὸς αἰὼν καὶ τετάρτην, φησί, ταύτην φέρει, τὸ καὶ περὶ τοῦ ἐνεστῶτος φροντίζειν.* — *Φίλος*, nominativus pro vocativo: v. Schol. ad Pind. Ol. VI, 179 et Krueger. Gr. Gr. T. II, §. 45, 2, 2.

Pag. 391.

nervosior.] *Τόδε* cum v. *πόμα* coniungi debet et post v. *πέμπω* distingui commate, qua ratione fit, ut duo appositionis membra, *μεμιγμένον . . . ἀμφέπει*, substantivo cuius gratia adjecta sunt, nervose praecedant, de qua re cf. annot. ad Pind. Isthm. III, 7 et Matthiae Gr. Gr. p. 971. — *πόμα*, carmen quamquam e rebus lenissimis ac dulcissimis mixtum, summa tamen vi praeditum est; spuma enim ex poculo surgens oras excedit vehementer et circa poculum quasi versatur: Hom. Il. Σ, 348 *γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε.* Quam spumam si quis ignorat ante oculos positam inveniet in amphoris Apulis a Gerhardo in libri *Trinkschalen und Gefässe* inscripti tabb. XXIII—XXVI editis. — Mel Graeci iniicere solebant lacti: Aelian. Nat. Anim. XV, 7 *ἀμέλγουσι γὰρ* (Indi) *περιγλύκιστον γάλα, καὶ οὐ δέονται ἀναμίξαι αὐτῷ μέλι, ὅπερ οὖν δρῶσιν Ἕλληνες.*

RECITATIONES ORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

FRIDERICUS EHRENFEUCHTER, Dr., publice *Seminarii Regii homiletici exercitationes* die Sat. h. X—XII, *exercitationesque catecheticas* die Sat. h. V—VI moderabitur. Privatim *Theologiae practicae partem priorem*, i. e. prolegomena, doctrinam de fidei propagatione et praecepta artis catecheticae docebit lectionibus quaternis dieb. Lun. Mart. Jov. et Vener. hor. III—IV.

LUDOVICUS DUNCKER, Dr., publice *Historiam ecclesiasticam recentioris aevi* enarrabit quinquies p. hebd. hor. III—IV. — Privatim *Historiae ecclesiasticae partem priorem* tradet sexies p. hebd. hor. VIII—IX.

LUDOVICUS SCHOEBERLEIN, Dr., publice *Exercitationes liturgicas* sodalium seminarii practico-theologici moderabitur die Sat. IX—X, et *Cantu ecclesiastico* eos instituet die Merc. h. VI—VII; idem *Introductionem in dogmaticen christianam* diebus Merc. et Sat. h. XII—I tradet. — Privatim *Dogmatices christianae* partem priorem, i. e. theologiam, anthropologiam et ponerologiam diebus Lun., Mart., Jov. et Ven. h. XII—I, et *Symbolicen christianam comparativam* quater p. hebd. h. IV—V docebit. — Praeterea *Societatem theologicam* die Ven. h. VI—VIII moderabitur.

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., publice *Seminarii Regii homiletici* exercitationes die Sat. h. X—XII et *Exercitationes catecheticas* die Merc. h. V—VI moderabitur. — Privatim *Pauli epistolam ad Romanos* quinquies h. IX—X et *Epistolam ad Hebraeos* quater h. XI—XII interpretabitur. — Idem studiosis philologiae *Societatem theologicam* offert.

JULIUS WAGENMANN, Dr., publice *de scriptoribus historiae ecclesiasticae* disseret binis horis V—VI. — Privatim *Historiae ecclesiasticae* partem alteram enarrabit sexies per hebd. h. VIII—IX; *Historiam dogmatum* quinis scholis tradet h. IV—V. — Privatissime *Societatem theologicam* moderari perget die Ven. h. VI.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Theologiam Novi Testamenti* tradet quinquies h. XI, *Ethicen theologicam* enarrabit sexies h. XII. — Idem *societatem theologicam* moderari perget.

FRIDERICUS GESS, Dr., privatim tradet *Ethicen theologicam* quinquies hora XII—I. Idem in societate exegetico-dogmatica proponet *I Petri epistolam* die Veneris hora VI.

* * *

FRIDERICUS GODOFREDUS RETTIG, Dr. ph., Gener. Superint. Princ. Gotting., *lectiones et exercitationes catecheticas*, earumque horas e tabula publica indicabit.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

GEORGIUS JULIUS RIBBENTROP, Dr., privatim tradet 1) hor. XI—XII *Institutiones juris Romani;* 2) hor. X—XI *historiam juris Romani.*

GUILELMUS THEODORUS KRAUT, Dr., privatim quinquies h. IX—X *Jus publicum Germaniae,* h. X—XI *Historiam iuris Germanici tum publici quam privati,* h. XII—I *Jus ecclesiasticum Catholicorum et Evangelicorum* tradet.

GUILELMUS FRANCKE, Dr., privatim *doctrinam Pandectarum* docebit h. IX—X et XI—XII.

HENRICUS AUGUSTUS ZACHARIAE, Dr., privatim tradet *Jus criminale Germaniae* sexies per hebdom. h. X, publice *Jus Confoederationis Germanicae,* praevia introductione, historiam constitutionis Germaniae, praesertim inde a dissolutione S. R. Imperii exhibens, bis per hebdom. hora V—VI postmer.

CAROLUS BRIEGLEB, Dr., octonis lectionibus dieb. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. IV—V et h. V—VI *theoriam processus civilis* tradet.

AEMILIUS HERRMANN, Dr., privatim *processsum criminalem* tam communem quam eum, quem Ordinationes judiciorum publicorum nostro aevo conditae definiunt, quinis lectionibus h. XI docebit; *jus ecclesiasticum* tum Catholicorum tum Evangelicorum item quinquies h. III tradet.

HENRICUS THÖL, Dr., privatim quinquies h. VIII—IX et IX—X *Jus germanicum* privatum cum jure feudorum tradet.

OTTO ERNESTUS HARTMANN, Dr., collegium, quod *processuale practicum* vocant, instituet bis per hebd. hor. IV—VI.

ORDINIS MEDICORUM.

CAROLUS FRIDERICUS MARX, Dr., privatim h. IV—V quinquies per hebd. doctrinam *de Remediorum effectibus atque usu, nec non artem formulas medicas concinnandi* tradet.

FRIDERICUS WÖHLER, Dr., privatim h. IX—X sexies per hebd. *Chemiam* tradet. In laboratorio academico una cum Prof. DE USLAR, Dr. FITTIG, Dr. BEILSTEIN et Dr. HUEBNER adjutoribus *Praxin chemicam* docebit.

GUILELMUS BAUM, Dr., publice *Historiam Chirurgiae* exponet d. Mercur. h. IV—V; privatim *Chirurgiae alteram partem* quinquies per hebd. h. VI vespertina, die Saturni h. II pomerid.; doctrinam de *Operationibus chirurgicis* quater h. IV docebit; *Exercitationes clinicas et policlinicas chirurgicas et ophthalmiatricas* in nosocomio Ernesto-Augustano diriget quotidie h. IX — h. X c. dimid.

JACOBUS HENLE, Dr., privatim *Osteologiam et Syndesmologiam* dd. Martis, Veneris, Saturni h. XI—XII, *Anatomiae c. h. systematicae* partem priorem quotidie h. XII—I, *Anatomiam topographicam* d. Lunae, Merc., Jov. h. II—III tradet. Artem cadavera secandi una cum prosectore Dr. EHLERS quotidie h. IX—IV tradet.

AUGUSTUS GRISEBACH, Dr., privatim h. IV quater per hebd. *Anatomiam et Physiologiam plantarum*, conjunctim cum *Physiologia agronomica*, tradet; h. V dieb. Jov. et Ven. *Phytogeographiam* explicabit; privatissime h. X d. Saturni *Histologiam botanicam* demonstrationibus microscopicis in instituto physiologico illustrabit.

ERNESTUS HASSE, Dr., privatim *Pathologiam et Therapiam specialem* docebit septenis horis, die Martis et Veneris hora II—III et quinquies hora V—VI. *Scholas clinicas et policlinicas* moderabitur quotidie hora X½—XII.

GEORGIUS MEISSNER, Dr., privatim *Physiologiae experimentalis partem alteram* (Systematis nervosi atque organorum sensus physiologiam) tradet hora X quinquies per hebd.; *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERMANNUS SCHWARTZ, Dr., privatim *Tocologiam* docebit dieb. Lun., Mart., Jov. et Vener. h. VIII; *cursum operationum* instituet dieb. Lun. et Jov. h. III; *scholas clinicas obstetricio-gynaecologicas* moderabitur dieb. Mart. et Vener. h. III—V.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

GEORGIUS CAROLUS JUSTUS ULRICH, Dr., privatim *Geometriam analyticam* h. X, *Mechanicen analyticam* h. III tradet. — Publice in Seminario regio physico-mathematico lectiones quas proximo Semestri hiberno de *machinis simplicibus* habuit, continuabit die Saturni h. X.

CAROLUS HOECK, Dr., privatim quinquies per hebdomadem *Historiam literariam universalem* tradet.

HENRICUS EWALD, Dr., privatim h. X *Pentateuchum* interpretabitur; h. II lectionibus binis linguam *copticam* docebit, binis linguae *arabicae et aethiopicae* elementa. Idem scriptores Orientis difficiliores legere perget.

GUILELMUS WEBER, Dr., h. V—VII publice *Seminarii physico-mathematici* sodales instituendis et disquirendis *Observationibus physicis* exercebit. — Privatim *Physices experimentalis partem alteram,* h. e. doctrinam de *electricitate, magnetismo, calore et lumine* dd. Lun., Mart. et Merc. h. V—VII docebit.

FRIDERICUS THEOPHILUS BARTLING, Dr., publice d. Mercur. h. XI *plantas in horti academici hibernaculis cultas* demonstrabit; privatim quater per hebd. hor. II *Vegetabilium cryptogamorum historiam* tradet. *Excursiones botanicas* solito more instituet.

HENRICUS RITTER, Dr., privatim *Encyclopaediam scientiarum philosophicarum* quater per hebd. h. III—IV docebit; *Historiae philosophiae partem posteriorem* seu *Historiam philosophiae usque ad novissima tempora deductam* tradet quinquies per hebd. hora V—VI.

AUGUSTUS GUILELMUS BOHTZ, Dr., privatim *Aestheticam* dieb. Lunae, Martis et Jovis h. III—IV docebit; *Historiam Germanorum literariam inde a Lessingio usque ad nostra tempora* dieb. Lunae, Martis et Veneris h. XI—XII enarrabit.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr., publice Seminarii regii philologici sodalibus *Lyricorum Graecorum carmina selecta* explicanda proponet, dd. Lunae et Martis h. XI—XII; in Proseminario *disputationes* moderabitur d. Mercurii h. IX—X. — Privatim *Aristophanis Ranas* interpretabitur quater p. hebd. h. III—IV, *artem metrorum* tradet quinquies p. hebd. h. X—XI.

GUILELMUS HAVEMANN, Dr., privatim *Historiam praecipuorum Europae regnorum ab anno 1740 usque ad annum 1815* tradet hora III diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris. Hora XI—XII iisdem diebus *Historiam Brunsvico-Lunaeburgensem* docebit.

GEORGIUS WAITZ, Dr., privatim quater h. VIII—IX *historiam rerum publicarum universam*, quinquies h. IV—V *historiam Germanicam* tradet. Semel die Veneris h. VI *exercitationes historicas* publice instituet.

ERNESTUS BERTHEAU, Dr., privatim *librum Jesaiae* interpretabitur sexies p. h. h. X—XI; *Introductionem criticam et hermeneuticam in V. T. libros canonicos et apocryphos* tradet quinis p. h. scholis h. XI—XII. — Privatissime sed gratis *linguam Syriacam et Arabicam* docebit h. II—III.

RUDOLPHUS HERMANNUS LOTZE, Dr., privatim quater p. hebd. hor. III—IV *Logicam et encyclopaediam philosophiae* docebit; quater p. hebd. hor. IV—V *psychologiam*.

GUILELMUS SARTORIUS DE WALTERSHAUSEN, Dr., privatim *Mineralogiam* quaternis p. hebd. lectionibus h. XI—XII docebit, *Geologiam* diebb. Jov. et Vener. h. V—VII tradet. Exercitationes ad *Mineralogiam* spectantes moderari perget.

JOANNES BENEDICTUS LISTING, Dr., privatim *Crystallographiam* tradet quater p. h. hora IV; de *computandis observationibus meteorologicis* aget die Martis hora VI; publice *Exercitationes physicas* in Seminario physico-mathematico dirigere perget die Merc. h. XI.

FRANCISCUS LUDOVICUS ANTONIUS SCHWEIGER, Dr., *Historiae litterariae universalis* partem alteram tradet quaternis p. h. scholis.

HENRICUS FERDINANDUS WÜSTENFELD, Dr., privatissime *elementa linguae Arabicae* docebit.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice Seminarii Regii archaeologici sodalibus *Pausaniae Attica et selecta artis antiquae monumenta* explicanda proponet d. Mercurii h. IV—V et d. Saturni h. XII—I; privatim tradet *Mythologiae Graecae artis operibus illustratae* partem priorem sive *Doctrinam de symbolis et attributis*, ternis scholis, h. X—XI, et *Historiam artis dramaticae* atque *Antiquitates scenicas Graecorum*, quaternis vel quinis scholis, h. IV—V; privatissime *Commentationes a sodalibus Seminarii archaeologici scriptas* recensebit.

JOANNES ERNESTUS WAPPÄUS, Dr., privatim *Notitiam rerum publicarum (Statistik)* Regni Hannoverani, praemissis doctrinae statisticae generalis elementis, tradet quater per hebd. hor. V—VI.

ERNESTUS CURTIUS, Dr., publice Seminarii Regii philologici disputationes moderabitur d. Merc. XI—XII; proseminarii sodalibus *Ciceronis de legibus* libros interpretandos proponet. Privatim *Historiam artium graecarum et romanarum* exponet quaternis p. h. scholis h. XII—I; *antiquitates Romanorum publicas* item quaternis scholis h. VIII—IX.

GUILELMUS MÜLLER, Dr., privatim *Artem diplomaticam atque palaeographicam* tradet simulque auditores in veteribus scripturis legendis dijudicandisque exercebit dd. Merc., Ven., Sat. h. XII; *Historiam literarum elegantiorum apud Germanos* narrabit quinis scholis h. III; *Parzivâl*, carmen *Wolframi ab Eschenbach*, ex editione Lachmanni explicabit dd. Lun., Mart., Jov. h. XII. — *Societatis theotiscae* studia moderari perget.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice sodalibus seminarii regii philologici *Lucretium* dd. Iovis et Veneris h. XI—XII, sodalibus proseminarii philologici *Xenophontis Convivium* d. Lunae h. VI—VII vespertina explicandum proponet, seminarii regii paedagogici *exercitationes* reget dd. Lunae et Martis h. XI—XII; privatim *Terentii Adelphos et Heautontimorumenon* interpretabitur dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. II—III, *Antiquitates sacras*, *iudiciales*, *privatas Atheniensium* eisdem diebus h. IX—X exponet.

JOANNES ALPHONSUS HELFERICH, Dr., privatim *Theoriam oeconomiae nationalis* quater per hebdomadem h. III—IV docebit; *rem financiariam* quinis lectionibus h. V—VI tractabit.

FRIDERICUS GRIEPENKERL, Dr., privatim *Theoriam de rationali rerum rusticarum constitutione et de earum adaequata aestimatione (Taxationslehre)* docebit quater per hebd. diebus Lun., Mart., Jov. et Ven. h. XI—XII; quater per hebd. diebus Lun., Mart., Jov. et Ven. h. V—VI tradet *Doctrinam de pecudum pastu*. — Excursiones ad theoriam illustrandam spectantes instituet.

MAURITIUS STERN, Dr., privatim tradet *Analysin algebraicam et geometriae analyticae rudimenta* quinq. p. hebd. h. XI; *Theoriam integralium definitorum* quater p. hebd. h. X. — In Seminario physico-mathematico exercitationes mathematicas moderabitur die Merc. h. X.

BERNHARDUS RIEMANN, Dr., ex itinere redux factus scholas indicabit.

THEODORUS BENFEY, Dr., privatim h. V—VI diebb. Lun., Mart. et Jovis *Grammaticam linguae Sanscritae* tradet, h. VI—VII diebb. Mart., Jov. et Ven. *Chrestomathiam suam sanscriticam et Vedas* interpretabitur, h. VI—VII diebb. Lun. et Merc. et h. V—VI die Ven. *Grammaticam zendicam* tradet et *Chrestomathiam a Justi editam* interpretabitur.

GUILELMUS WICKE, Dr., eam *Chemiae* partem docebit, quae ad agriculturam pertinet, bis per hebd. — Idem chemicas exercitationes in usum agriculturae studiosorum instituet.

RECITATIONES EXTRAORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

GEORGIUS CHRISTIANUS RUDOLPHUS MATTHÄI, Dr., *1. libros symbolicos ecclesiae Lutheranae describet, et capita doctrinae illorum explicatu difficillima* illustrabit, dieb. Lunae et Mart. h. II, *2. Argumentum summum historiae reformationis ecclesiae* exponet, die Jov. h. II.

GEORGIUS CONRADUS AMADEUS LÜNEMANN, Dr., privatim *Evangelium et epistolas Johannis apostoli* interpretabitur quinis p. h. lectionibus h. IX—X; *Isagogen in Novum Testamentum* sive *Historiam Novi Testamenti criticam* tradet quaternis lectionibus h. IV—V.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

CAROLUS GUILELMUS WOLFF, Dr., privatim *Relatorium* instituet diebus Lunae, Martis, Jovis, h. VI—VII; *Exercitationes exegeticas* moderabitur iisdem diebus h. VII—VIII.

HERBERTUS PERNICE, Dr., privatim *ius publicum confoederationis Germanicae civitatumque Germanicarum* exponet quotidie h. XII; *Institutiones iuris Romani* h. XI. — Publice *conatuum in unienda Germania versatorum* historiam tradet bis p. h. hora III.

RUDOLPHUS SCHLESINGER, Dr., publice diebus Martis et Veneris h. III—IV *legem cambialem Germanicam* interpretabitur. — Privatim quinquies per hebd. h. IX—X *Jus obligationum* docebit, quinquies per hebd. h. XII—I *Doctrinam de hereditatibus* tradet, adhibito in utrisque his scholis libro Arndtsiano, „*Lehrbuch der Pandekten*".

JACOBUS MAXEN, Dr., privatim sexies p. hebd. h. XI—XII *Theoriam processus civilis*, binis per hebd. horis *Historiam processus civilis Romani* tradet.

ORDINIS MEDICORUM.

ERNESTUS AUGUSTUS GUSTAVUS HIMLY, Dr., postquam ex morbo convaluerit, lectiones indicabit.

ERNESTUS FRIDERICUS GUSTAVUS HERBST, Dr., privatim *Physiologiam generalem et specialem* tradet, eandemque experimentis et demonstrationibus microscopicis illustrabit, sexies per hebd. h. X—XI.

ALBERTUS KRAEMER, Dr., privatim *Diagnosticen physicam* praecipue *Auscultationem* et *Percussionem*, adjunctis exercitationibus practicis, quater per hebd. h. VIII tradet; *doctrinam de fasciis vincturisque chirurgicis* ter per hebd. hor. commodis docebit. — Privatissime *exercitationes microscopicas* moderabitur.

GUILELMUS KRAUSE, Dr., privatim tradet *Anatomiam pathologicam* d. Lunae, Merc., Jov. et Saturni h. III—IV, *Psychiatriam* d. Lun. et Jov. h.

IV—V; publice *Mechanicen tam physiologicam quam pathologicam articulationum corporis humani* d. Sat. h. IV—V. *Exercitationes microscopicas* quater per hebdomadem h. XII—I in instituto pathologico sueto more continuabit.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

AUGUSTUS LUDOVICUS WIGGERS, Dr., privatim *Pharmaciae partem alteram* tradet hora matut. VIII—IX quinquies per hebd.

THEODORUS MÜLLER, Dr., privatim *Grammaticam linguae anglosaxonicae* tradet et *locos selectos Chrestomathiae suae anglosaxonicae* interpretabitur, diebb. Lun., Mart. et Jov. h. XI—XII; *Grammaticam linguae anglicae* docebit, adjunctis *exercitationibus practicis*, diebb. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VI—VII vespertina; *Exercitationes gallice scribendi et loquendi* instituet diebb. Mart., Merc., Ven. et Sat. h. VIII—IX matutina vel alia hora magis commoda. — Lectiones privatissimas offert in *linguis anglica, francogallica, italica, hispanica.*

CAROLUS BOEDEKER, Dr., privatim *Exercitationes chemicas practicas* in laboratorio physiologico-chemico moderari perget. — *Examinatorium de Chemia theoretica et practica* privatissime et gratis horis quinis instituet.

ERNESTUS SCHERING, Dr., publice seminarii physico-mathematici sodalibus *capita selecta e doctrina de sono* h. IV d. Ven. tradet. — Privatim *Theoriam aequationum differentialia partialia continentium* exponet et ad varia problemata *mechanices analyticae* applicabit quater per hebd. h. III.

GUILELMUS KEFERSTEIN, Dr. med., privatim *Zoologiam* quinquies per hebd. hora III—IV tradet; *Exercitationes practicas zoologicas et zootomicas* in Museo zoologico diebus Lunae et Mart. hora IX—XII moderari perget. — *Societatem zoologicam* die Veneris hora VI—VIII sueto more continuabit.

FRIDERICUS GUILELMUS UNGER, Dr. iur., privatim h. III—IV dieb. Lunae et Martis *historiam artis Christianorum antiquioris* tradet; h. eadem dieb. Jovis et Veneris *de architectura ecclesiastica* disseret.

EDUARDUS KRÜGER, Dr., privatim *historiae musicae* tam sacrae quam profanae conspectum dabit binis scholis dd. Lunae et Jovis habendis h. VIII; *harmonicae* artis doctrinam binis, Mercurii et Saturni dd. h. XII; *paedagogicae* artis historiam Lunae et Jovis dd. h. II.

ALBERTUS PEIP, Dr., privatim *religionis philosophiam* docebit quaternis p. hebd. scholis, h. X—XI; *societates philosophicas* ita moderabitur, ut d. Lunae h. VII—IX vesp. propaedeutica quam vocant philosophiae, imprimis logicae, pars tractetur, iisdem horis d. Jovis de quaestionibus philosophicis, praesertim ad religionis philosophiam spectantibus, in contrarias partes disputetur, et d. Veneris *Aristot. Metaph. lib.* XII explicetur.

CAROLUS DE SEEBACH, Dr., publice *de montibus ignivomis et terrae motibus* exponet, die Martis, h. XII—I; privatim *Palaeontologiam* tradet, quinquies p. h., h. IX—X, privatissime sed gratis *exercitationes palaeontologicas*, h. X—XII, sueto more instituet.

GUILELMUS KLINKERFUES, Dr., publice hora commoda cum seminarii physico-mathematici sodalibus *observationes astronomicas et magneticas* instituet. — Privatim *astronomiae theoricae* doctrinas tradet diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis hora XII—I.

LUDOVICUS DE USLAR, Dr., privatim *Pharmacopoeam hannoveranam novam* commentario illustrabit quater per hebd.; *Pharmaciam* in usum medicinae studiosorum docebit diebus et horis postea indicandis.

GUILELMUS HENNEBERG, Dr., privatim de *mammalium, usui rustico servientium, nutritione* disseret die Merc. h. XI—I.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* dd. Lun., Mart., Jov., Ven., Sat. hh. VIII—XII et post meridiem excepto die Saturni h. III—IV docebit.

EDUARDUS HILLE, Mus. Dir. Acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie* et *Orchesterspielverein* vocantur, invitat.

* * *

LUDOVICUS LUELFING, Dr., privatim hora VIII—IX sexies per hebdom. *Anatomiam et Physiologiam animalium domesticorum*, item *Hippologiam Boologiamque* docebit. — Publice horis commodis *Theoriam equorum ungulas ferrandi* tradet.

RECITATIONES PRIVATIM DOCENTIUM.

ORDINIS THEOLOGORUM.

FRIDERICUS AUGUSTUS HOLZHAUSEN, Philos. Dr. ac Theol. Lic., privatim tradet: *Historiam dogmatum* senis lect. h. XI. — *Privatissima* offert.

EX COLLEGIO REPETENTIUM.

Exercitationes systematicas, historicas, exegeticas Repetentes sueto more die Lunae h. VI moderabuntur.

THEODORUS HANSEN, h. t. Senior, privatim *prophetarum minorum V. T. vaticinia* quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. VIII interpretabitur: de *Schleiermacheri vita et disciplina* diebus Mercurii et Saturni h. VIII gratis disseret. Privatissime *exercitationes exegeticas offert, in quibus Jeremiae vaticinia latine interpretanda* proponet.

AUGUSTUS KLOSTERMANN, gratis lectionem *epistolarum Pauli* ita instituet, ut maxime spectetur earum ratio et distributio, binis per hebd. horis. — Privatim *Lucae evangelium et Acta apostolorum* quinis per hebd. horis tractabit, *linguam Hebraicam* docebit.

THEODORUS ZAHN, gratis bis per hebd. *Jeremiam prophetam* lectione cursoria interpretabitur.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

FRIDERICUS GREFE, Dr., privatim *Jus hannoveranum* tradet quinquies per hebd. hora I—II.

ERNESTUS MEIER, Dr., privatim *Jus publicum confoederationis Germanicae civitatumque Germanicarum* quinquies p. hebd. h. XII—I, *Jus gentium* ter p. hebd. h. XI—XII tradet.

FERDINANDUS FRENSDORFF, Dr., privatim *Historiam juris Germanici publici et privati* quinquies per hebdom. h. XI—XII tradet. — Gratis *Historiam constitutionis Germanicae* inde ab anno 1786 semel per hebd. h. XII—I enarrabit.

CAROLUS LUDOVICUS DE BAR, Dr., privatim *Jus obligationum* h. VIII—IX quater per hebd. tradet. — Gratis *Jus internationale* privatum et criminale bis p. hebd. h. V—VI docebit.

ORDINIS MEDICORUM.

EDUARDUS CHRISTIANUS STROMEYER, Dr., *Chemiae theoreticae* partes singulas nec non *Pharmaciam* privatissime docebit.

FRIDERICUS WIESE, Dr., privatim *theoriam auscultationis et percussionis* quater per hebdomadem horis postea indicandis docebit adjunctis exercitationibus practicis.

GUILELMUS KÜNEKE, Dr., privatim *Artis obstetriciae doctrinam* dieb. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VIII; *Doctrinam et cursum operationum obst.* dieb. Merc. et Saturn. h. VIII; gratis *Auscultationem et Mensurationem obst.* die Saturn. h. II tradet. — Repetitoria et Privatissima offert.

ERNESTUS EHLERS, Dr., privatim *historiam naturalem parasitarum corporis humani* bis per hebd. d. Mart. et Vener. hor. IV—V tradet. — *Exercitationes microscopicas* sueto more in theatro anatomico moderari perget.

LUDOVICUS THIRY, Dr., privatim *chemiam physiologicam* quater per hebd. tradet. — Gratis quomodo *materia in corpore animalium et consumatur et redintegretur (Stoffwechsel)* semel per hebd. exponet.

THEODORUS HUSEMANN, Dr., privatim *Pharmacologiam universam* quater per hebd. hora III, *Toxicologiam* dd. Mart. et Jov. h. XII vel aliis horis audituris commodis tradet. — *Artem formulas medicas concinnandi adjuncta pharmacopoeae Hannoveranae explicatione* d. Mercurii h. XII gratis docebit. — Repetitorium ad materiam medicam spectans offert.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

JULIUS TITTMANN, Dr., *Literarum elegantiorum apud Germanos historiam* tradet; *de Dantis Aligerii vita et scriptis* gratis disseret.

S. LANTZIUS-BENINGA, Dr., Ord. phil. Assessor, gratis *comparationem structurae et generationis plantarum cryptogamarum et phanerogamarum* die Ven. hora vespertina VII—VIII instituet. — Privatim *Physiologiam et Anatomiam plantarum et elementa Botanices systematicae* dieb. Lun., Mart., Jov. et Ven. hora V—VI tradet et demonstrationibus microscopicis die Sat. hora X—XI illustrabit. *Repetitorium ad Botanicen generalem et specialem spectans* horis commodis habebit. *Privatissima* offert.

THEODORUS WÜSTENFELD, Dr. phil., ord. phil. Assessor, *Historiam Italiae* ab initio medii aevi quaternis horis diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora XII—I vel alia auditoribus commoda gratis tradet.

ERNESTUS MOLLER, Dr. ph., ord. phil. Assessor, privatim *Philosophiam analyticam* docebit, qua viam ostendet investigatione humanae conscientiae ad Dei cognitionem perveniendi. ternis p. h. lectionibus, dieb. Lunae, Martis, Jovis hora XII—I. — Idem de *Herdero et Schleiermachero paedagogis* singulis lectionibus gratis disseret, d. Mercurii hora III—IV.

HENRICUS ALBERTUS LION, Dr., absens, redux factus scholas indicabit.

FRIDERICUS BIALLOBLOTZKY, Dr., de communi *artium et disciplinarum*, quo inter se continentur, vinculo, et de itineribus per Italiam, Graeciam, Aegyptum, Palaestinam, Mesopotamiam, Chaldaeam, Assyriam, Africam vel olim factis, vel etiam nunc ita faciendis, ut artes disciplinaeque sua inde capiant incrementa, quater per hebdomadem hora audituris commoda disseret; *Archaeologiae Biblicae* capita selecta tradet. — *Grammaticam Anglicam* docebit et *Guilelmi Shakespeare* tragoedias interpretabitur.

LUDOVICUS ADOLFUS COHN, Dr. phil., privatim *De rebus gestis Francogallorum saeculo decimo octavo exeunte disseret* quater per hebdom. diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. XII—I. — Gratis *Historiam Europae* ab exitu Caroli V. imperatoris usque ad bellum quod dicitur tricennale die Mercurii hora XII—I narrabit. — *Societatis historicae* sodalibus chartas regum et imperatorum in libello: „Diplomata quadraginta ex archetypis edidit Philippus Jaffé, Berolini 1863“ editas proponet.

ALFREDUS ENNEPER, Dr., privatim *Theoriam functionum ellipticarum* tradet dieb. Lun., Mart., Merc., Jov. et Veneris, h. XI.

HERMANNUS LANGENBECK, Dr. ph., privatim *Logicen* quater p. h. diebb. Lunae, Mart., Jov., Ven. h. XI—XII tradet. — Gratis *Principia psychologiae mathematicae recentiorum* tradet, diebb. Merc. et Sat. h. XI—XII. — *Societatem philosophicam* moderabitur die Lunae h. VI—VIII.

GUSTAVUS TEICHMÜLLER, Dr. ph., privatim *historiam philosophiae antiquae* ter per hebd. docebit hor. V—VI. — Gratis de *Herbartii* et *Hegelii* systematibus disseret bis per hebd. hora VI—VII. — *Societatis philosophicae* sodalibus *Poëtices Aristoteleae* librum interpretandum proponet.

RUDOLPHUS FITTIG, Dr., privatim *Chemiam organicam* tradet et praecipue illas etiam partes, quae ad *Chemiam physiologicam* spectant, intuebitur quater per hebd., diebus Lun., Mart., Merc. et Jov. h. III—IV.

FRIDERICUS BEILSTEIN, Dr., privatim *Chemiam organicam* tradet, quater per hebd., diebus Mart., Merc., Jov. et Vener. h. XII—I.

SIGURDUS ABEL, Dr., privatim *Historiam Romanorum* quater per hebd. hora X—XI; gratis *Gesta romanorum medii aevi pontificum* die Mercurii hora XII—I enarrabit.

CAROLUS PAPE, Dr., privatim *Methodos thermometricas et doctrinam de calore* ter p. h. tradet, *Chemiam physicam* docebit; gratis *de aërum theoria et de corporum motu quem vocant calorem* disseret semel p. h.

JOANNES HÜBNER, Dr., *systemata chemiae* tam antiquiora quam recentiora inter se comparabit, diebus Martis et Jovis h. VIII—IX.

GUILELMUS VISCHER, Dr. phil., privatim quater p. hebd. h. X—XI *historiam medii aevi*, gratis bis eadem hora *historiam civitatum et gentium foederatarum medii aevi et recentiorum temporum* enarrabit. — Die Martis h. VI *exercitationes historicas* instituet, in quibus ea potissimum, quae ad historiam oppidorum Germanicorum spectant, tractabuntur.

HENRICUS BUFF, Dr., privatim *Chemiam analyticam* docebit diebus Lun. et Saturn h. XII—I et Merc. h. VIII—IX.

CAROLUS HATTENDORFF, Dr., privatim *theoriam aequationum differentialium* quater per hebd. hora IX, *geometriam superiorem* ope calculi infinitorum tractandam ter per hebd. hora VIII tradet. — Gratis *introductionem historicam in theoriam functionum ellipticarum* die Saturni hora IX offert.

JOANNES DEDE, Dr., *Mercaturae vicissitudines* exponet, officinarumque, in quibus merces vel ad necessitatem vel ad commoditatem vitae pertinentes gignuntur, incrementa, ab antiquissimis temporibus ad novissima usque, nec minus praecipuas leges mercatorias, earumque in republica administrandarum modum indolemque, dd. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. XII. — *Societatis statisticae* studia moderabitur die Saturni h. VII vesp.

GUSTAVUS FERDINANDUS MEYER, Dr., privatim docebit *Trigonometriam planam et sphaericam*, *Polygonometriam*, *Stereometriam* quater per hebd., diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris, hora IX—X, *Elementa theoriae numerorum* quater per hebdomadem, diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris, hora III—IV, *Arithmeticam politicam* quater p. hebd., diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris, hora XII—I.

THEODORUS MERZ, Dr., privatim *Introductionem in philosophiam et encyclopaediam totius philosophiae* quater per hebd. h. IX tradet, gratis *de philosophia germanica seculi XIX, quatenus ad cultum humanum pertinuerit*, bis per hebd. h. VI disputabit.

Musicam, artem delineandi, linguas et literas cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Saltandi* et *armorum tractandorum artes* magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DESCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. JURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
8-9	Hist. eccl. I. (6) *Duncker.* Hist. eccles. II. (6) *Wagenmann.* Proph. min. vatic. (4) *Hansen.* Schleierm. vit. (2) *idem.*	Jus germ. (5) *Thöl.* Jus oblig. (4) *de Bar.*	Tocol. (4) *Schwartz.* Diagn. phys. (4) *Kraemer.* Art. obstetr. doct. (4) *Küneke.* Curs. oper. (2) *idem.*	Hist. univ. (4) *Waitz.* Antiqq. Rom. publ. (4) *Curtius.* Pharm. II (5) *Wiggers.* Exercc. gall. loq. (4) *Th. Muller.* Hist. mus. (2) *Krüger.* Anat. et phys. an. dom. (6) *Luelfing.* Syst. chem. comp. (2) *Hübner.* Chem. anal. (1) *Buff.* Geom. super. (3) *Hattendorf.*
9-10	Exercc. liturg. (1) *Schöberlein.* Pauli Ep. ad Rom. (5) *Wiesinger.* Ev. et Ep. Joann. (5) *Lünemann.*	Jus publ. Germ. (5) *Kraut.* Doctr. Pandect. *Francke.* Jus germ. (5) *Thöl.* Jus oblig. (5) *Schlesinger.*	Chem. (6) *Wöhler.* Exercc. clin. (6) *Baum.*	Prosem. (1) *de Leutsch.* Antiq. priv. Athen. (4) *Sauppe* Exercc. pr. zool. (2) *Keferstein.* Palaeont. (5) *Seebach.* Theor. aeq. diff. (4) *Hattendorf.* Intr. in th. funct. ell. (1) *idem.* Trigon. pl. et sph. (4) *Meyer.* Intr. in philos. (4) *Merz.*
10-11	Semin. hom. (1) *Ehrenfeuchter.* Sem. homil. (1) *Wiesinger.*	Hist. iur. Rom. *Ribbentrop.* Hist. jur. Germ. (5) *Kraut.* Jus crimin. (6) *Zachariae.*	Exercc. cl. (6) *Baum.* Histol. botan. (1) *Grisebach.* Exercc. clin. (6) *Hasse.* Physiol. cap. (5) *Meissner.* Physiol. (6) *Herbst.*	Geom. anal. *Ulrich.* Mach. simpl. (1) *idem.* Pentat. *Ewald.* Art. metror. (5) *de Leutsch.* Jes. (6) *Bertheau.* Myth. Gr. I (3) *Wieseler.* Theor. integ. defin. (4) *Stern.* Exercc. math. (1) *idem.* Exercc. zool. pr. (2) *Keferstein.* Relig. phil. (4) *Peip.* Exercc. pal. *de Seebach.* Dem. micr. (1) *Lantzius-Beninga.* Hist. Roman. (4) *Abel.* Hist. med. aevi (4) *Vischer.* Hist. civ. foed. (2) *idem.*
11-12	Semin. hom. (1) *Ehrenfeuchter.* Sem. homil. (1) *Wiesinger.* Ep. ad Hebr. (4) *idem.* Theol. N. Test. (5) *Ritschl.* Hist. dogm. (6) *Holzhausen.*	Instit. jur. Rom. *Ribbentrop.* Doctr. Pandect. *Francke.* Proc. crimin. (5) *Herrmann.* Instit. jur. Rom. (6) *Pernice.* Theor. proc. civ. (6) *Maxen.* Jus gent. (3) *E. Meier.* Hist. jur. Germ. (3) *Frensdorff.*	Osteol. et Synd. (3) *Henle.* Exercc. clin. (6) *Hasse.*	Plant. dem. (1) *Bartling.* Hist. Germ. lit. (3) *Bohtz.* Semin. philol. (2) *de Leutsch.* Hist. br. lunaeb. (4) *Havemann.* Introd. in V. Test. (5) *Bertheau.* Mineral. (4) *Sartorius de Waltershausen.* Exercc. phys. (1) *Listing.* Semin. philol. (1) *Curtius.* Semin. philol. (2) *Sauppe.* Sem. paedag. (2) *idem.* Theor. rer. rust. (4) *Griepenkerl.* Anal. algebr. (5) *Stern.* Ling. Anglo. Sax. (3) *Th. Müller.* Exercc. pr. zool. (2) *Keferstein.* Exercc. pal. *de Seebach.* Mamm. nut. (1) *Henneberg.* Theor. funct. ell. (1) *Enneper.* Logic. (4) *Langenbeck.* Princ. psych. (2) *idem.*
12-1	Introd. dogm. (2) *Schöberlein.* Dogm. christ. I (4) *idem.* Ethic. theol. (6 *Ritschl.* Ethic. theol. (5) *Gess.*	Jus eccles. (5) *Kraut.* Jus publ. conf. Germ. (6) *Pernice.* Doct. de hered. (5) *Schlesinger.* Jus publ. conf. Germ. (5) *E. Meier.* Hist. const. Germ. (1) *Frensdorff.*	Anat. syst. I (6) *Henle.* Exercc. microsc. (4) *Krause.* Toxicol. (2) *Husemann.* Art. formul. concinn. (1) *idem.*	Paus. Att. (1) *Wieseler.* Hist. art. Gr. et Rom. (4) *Curtius.* Art. diplom. (3) *G. Müller.* Parc. (3) *idem.* Harmon. (2) *Krüger.* Mont. igniv. (1) *de Seebach.* Astron. theor. (4) *Klinkerfues.* Mamm. nutr. (1) *Henneberg.* Hist. Ital. (4) *Wüstenfeld.* Phil. anal. (3) *Moller.* De reb. gest. Fr. Gall. (4) *Cohn.* Hist. Eur. (1) *idem.* Chem. org. (4) *Beilstein.* Gest. Rom. pont. (1) *Abel.* Chem. anal. (2) *Buff.* Mercat. vic. (4) *Dede.* Arithm. polit. (4) *Meyer.*

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. JURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
1–2		Jus Hann. (5) *Grefe.*		
2–3	Lib. symb. eccl. Luth. (2) *Matthaei.* Arg. sum. hist. ref. eccl. (1) *idem.*		Chirurg. II (1) *Baum.* Anat. topogr. (3) *Henle.* Pathol. et Ther. spec. (2) *Hasse.* Ausc. et menstr. (1) *Küneke.*	Ling. copt. (2) *Ewald.* Ling. ar. et aeth. (2) *idem.* Veget. crypt. (4) *Bartling.* Ling. ar. et Syr. *Bertheau.* Ter. Ad. et Heaut. (4) *Sauppe.* Paedag. hist. (2) *Krüger.*
3–4	Theol. pract. (4) *Ehrenfeuchter.* Hist. eccles. rec. (5) *Duncker.*	Jus eccl. (5) *Herrmann.* Conat. in un. Germ. v. hist. (2) *Pernice.* Leg. camb. Germ. (2) *Schlesinger.*	Curs. oper. (2) *Schwartz.* Schol. clin. (2) *idem.* Anat. path. (4) *Krause.* Pharm. univ. (3) *Husemann.*	Mechan. anal. *Ulrich.* Enc. philos. (4) *Ritter.* Aesth. (3) *Bohtz.* Arist. Ran. (4) *de Leutsch.* Hist. Eur. rec. (4) *Havemann.* Log. et encycl. ph. (4) *Lotze.* Hist. liter. Germ. (5) *G. Müller.* Theor. oecon. nat. (4) *Helferich.* Th. aequat. diff. part. cont. (4) *Schering.* Zool. (5) *Keferstein.* Hist. art. chr. (2) *Unger.* De Archit. (2) *idem.* Herd. et Schleierm. paed. (1) *Moller.* Chem. organ. (4) *Fittig.* El. theor. num. (4) *Meyer.*
4–5	Symbol. christ. comp. (4) *Schöberlein.* Hist. dogm. (5) *Wagenmann.* Isag. in N. Test. (4) *Lünemann.*	Theor. proc. civ. (4) *Briegleb.* Proc. pract. (2) *Hartmann.*	Remed. eff. (5) *Marx.* Hist. chirurg. (1) *Baum.* Operr. chirurg. (4) *idem.* Anat. et phys. plant. (4) *Grisebach.* Schol. clin. (2) *Schwartz.* Psych. (2) *Krause.* Mechan. phys. et path. (1) *idem.* Hist. nat. paras. (2) *Ehlers.*	Hist. germ. (5) *Waitz.* Psychol. (4) *Lotze.* Chryst. (4) *Listing.* Paus. Att. (1) *Wieseler.* Antiq. scen. et Hist. art. dram. (4) *idem.* D. de sono (1) *Schering.*
5–6	Exercc. catech. (1) *Ehrenfeuchter.* Exercc. catech. (1) *Wiesinger.* Scriptt. hist. eccles. (2) *Wagenmann.*	Jus conf. Germ. (2) *Zachariae.* Theor. proc. civ. (4) *Briegleb.* Proc. pract. (2) *Hartmann.* Jus intern. (1) *de Bar.*	Phytogeogr. (2) *Grisebach.* Path. et Therap. spec. (5) *Hasse.*	Phys. exp. (3) *Weber.* Obs. phys. *idem.* Hist. phil. II. (5) *Ritter.* Geol. (2) *Sartorius de Waltershausen.* Not. rer. publ. (4) *Wappäus.* R. financ. (5) *Helferich.* Theor. de pec. pastu (5) *Griepenkerl.* Gramm. l. Sansc. (3) *Benfey.* Chrest. zend. (1) *idem.* Phys. et anat. pl. (4) *Lantzius-Beninga.* Hist. phil. ant. (3) *Teichmüller.*
6–7	Cant. eccles. (1) *Schöberlein.* Soc. theolog. (1) *idem.* Soc. theol. *Wagenmann.* Societ. theol. (1) *Gess.* Exercc. theol. *Coll. Repet.*	Relat. (3) *Wolff.*	Chirurg. II. (6) *Baum.*	Phys. exp. (3) *Weber.* Obs. phys. *idem.* Exercc. hist. (1) *Waitz.* Geol. (2) *Sartorius de Waltershausen.* Obs. meteor. (1) *Listing.* Prosem. (1) *Curtius.* Prosem. (1) *Sauppe.* Chrest. sanscr. (3) *Benfey.* Gramm. zend. (2) *idem.* Ling. Angl. (3) *Th. Müller.* Soc. zool. (1) *Keferstein.* Soc. philos. (3) *Peip.* Soc. philos. (1) *Langenbeck.* Herb. et Heg. system. (2) *Teichmüller.* Exercc. hist. (1) *Vischer.* Phil. germ. s. XIX (2) *Merz.*
7–8	Soc. theol. (1) *Schöberlein.*	Exeg. exerc. (3) *Wolff.*		Soc. zool. (1) *Keferstein.* Societ. philos. (3) *Peip.* Comp. cr. et phan. pl. (1) *Lantzius-Beninga.* Soc. philos. (1) *Langenbeck.* Soc. statist. (1) *Dede.*
8–9				Soc. philos. (3) *Peip.*

NB. Scholae, quarum horae non erant indicatae, in hunc conspectum receptae non sunt.

INDEX
SCHOLARUM

PUBLICE ET PRIVATIM

IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE AESTIVUM

A D. XV. M. APRILIS USQUE AD D. XV. M. AUGUSTI A. MDCCCLXVIII

HABENDARUM.

Praemissum est Ernesti de Leutsch Additamentorum ad Lud. Disseni in Pindari Carmina Commentarium Specimen tertium.

III

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

VIL. FR. KAESTNER.

NB. Scholae, quarum horae non e…

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

PRORECTOR

GEORGIUS WAITZ D.

CUM SENATU.

Pergimus ad Pindari carmen Nemeaeum quartum, de cuius virtute poetica post Dissenum Leopoldus Schmidtius disseruit in libro cui indicem fecit *Pindars Leben und Dichtung* p. 446.

P. 395.

Εὐφροσύνα, victoris, ut Pyth. XI, 45.] Non solum victoris sed etiam eorum, qui eius victoria cohonestantur eamque more solemni concelebrant. — Ad v. *εὐφροσύνα* supple *μέν*, ut infra vs. 82 ad v. *χρυσός*.

Ol. II, 30.] Est igitur metaphorica oratio et non de prosopopoeia cogitandum: v. Pind. Nem. V, 17, Tibull. 1, 8, 47 ibique Disseni annotationem et qui totum hunc locum accurate persequitur Goram in Philol. T. XIV, p. 252.

Νίν, τὸν νικῶντα, notante Boeckhio in Nott. critt. ad h. l. Referendum igitur pronomen ad notionem latentem in antecedente sententia: Disseu. Jam veterum interpretum variae ac discrepantes de hoc loco sententiae fuerunt: v. Scholl. ad h. l.: *τὸ νίν Ἀρίσταρχος ἐπὶ τῆς εὐφροσύνης ἀκούει, ὥστε εἶναι τὸν λόγον· αἱ δὲ τῶν Μουσῶν θυγατέρες αἱ ᾠδαί, τουτέστι τὰ ποιήματα, ἁπτόμεναι αὐτὴν τὴν εὐφροσύνην ἔθελξαν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, ὅταν ἐγκωμιάζηται. ἔστι δὲ ἄκυρον· οὐ γὰρ θέλγεται ἡ εὐφροσύνη, αὐτὴ θέλγουσα τοὺς νενικηκότας, οὐχ ὑπ' ἄλλου θελγομένη. ἄμεινον δέ, φησὶν ὁ Δίδυμος, ἐπὶ τῶν πόνων ἀκούειν τὴν νίν· οἱ γὰρ μεθ' Ὅμηρον οὐκ ἀκριβεύουσι τὴν ἀντωνυμίαν: . . . ὥστε τὸν λόγον εἶναι τοῦτον· αἱ ᾠδαὶ ἔθελξαν αὐτοὺς τοὺς πόνους, ἁπτόμεναι αὐτῶν· οἷον θέλγουσι τὴν κακοπάθειαν ὑμνοῦσαι αἱ ᾠδαί.* Hanc litem Ty. Mommsenus ad h. l. his verbis dirimere studet: „male Didymus *νίν* ad *πόνους* retulit, quocum nec *νιν* nec *θέλγειν* recte coniungitur; utrumque personae est, non rei. Ut hic medicus demulcetur ut veniat, sic Chiro Pind. Pyth. III, 63 demulcetur ut tramittat medicum. Recte Leop. Schmidt.". Quae non satis caute mihi videntur scripta esse a viro docto. Nam Schmidtii librum (p. 461) inspicienti nihil comparet, quo explicatio docta inniti possit, et *ἔθελξεν εὐφροσύνα* recte dici Aeschylus Prom. Vinct. 868 *μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει τὸ μὴ κτεῖναι σύνευνον* aliorumque poetarum loci extra dubitationem ponunt, et *νιν* ad rem refertur a Pind. Pyth. IV, 243: vel sic tamen veteres prudenter de hoc loco judicasse non contenderim, sed depravata lectione deceptos esse; neque enim *ἁπτόμεναι* h. l. iucundam ornatamque orationem facit neque quorsum *νιν* spectet orationis structura

definite distincteque indicatur, quapropter *συναντόμεναι* scribendum esse conieci Philol. T. XVIII, p. 340: v. ad Pind. Isthm. II, 2. Viderat vitium etiam Rauchensteinius, qui Philol. T. XIII, p. 252 *θέλξαν συναπτόμεναι* scribendum proposuit. Bergkius in tertia Lyricorum Graecorum editione vulgatam retinuit. Verte: nam sapientes Musarum filiae carmina deleniunt obviam factae. — *Θέλξαν*, mulcent et magica quadam vi deleniunt, verbum poetarum potius quam ceterorum scriptorum: cf. Hom. Od. *σ*, 282 *θέλγε δὲ θυμὸν Μειλιχίοις ἐπέεσσιν*, Pind. Pyth. I, 12 et quae J. H. Vossius ad Hom. h. in Cerer. 33 collegit.

Fracta.] Nunc e codd. *τεύχει* repositum est, mollia reddit membra aqua calida: propter hanc aquae vim salutarem Herculi labore et vulneribus confecto Minerva Himerae *θερμὰ λουτρά* condidit: v. Olymp. XII, 19. Accedit quod v. *τεύχειν*, quod et ipsum a Plutarcho hoc loco lectum esse Kayserus Lectt. Pind. p. 71 contendit, Pindarus saepe utitur.

Del. 246. —] Pronomini *τόσσον*, cuius vis atque ratio ex antecedentibus patet, adiectum est quo gravius assurgat per exclamationem oratio, alterum *τόσσον*: Hom. Il. *Ξ*, 394 *οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χέρσον* . . . [400] *τόσση ἄρα Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἔπλετο φωνή*, ubi v. Scholia Veneta, id. Odyss. *Z*, 301 *οὐ μὲν γάρ τι ἐοικότα τοῖσι τέτυκται Δώματα Φαιήκων, οἷος δόμος Ἀλκινόοιο*: Theocr. IV, 39 *ὅσσον αἶγες ἐμὶν φίλαι, ὅσσον ἀπέσβης*, quamquam de huius loci integritate iure dubitatur, eodemque modo tantum . . tantum poetae Latini passim dixerunt. Itaque non satis caute Scholiastae ad h. l. explicant: *οὐδ' οὕτω τὰ θερμὰ λουτρά, φησὶ, μαλακύνει κεκμηκότα γυῖα καὶ πεπονημένα, ὅσον ἡ εὐλογία.* §. ... *οὐκ ἂν δὲ τοσοῦτον ἀπὸ θερμοῦ ὕδατος ἢ βαλανείου χαλασθείη καὶ μαλαχθείη σῶμα κεκμηκός, ὅσον ὑπὸ τῶν ἐπαίνων*, quos tamen secutus est Krueger. Gr. Gr. T. II, §. 25, 8, 4 *τόσσον* h. l. pro *ὅσον* dici statuens: meliora praebet Nitzschius Annot. ad Hom. Od. T. II, p. 129: add. Meinek. ad Callim. h. in Apoll. 106. Nec vero cum nostro loco comparari possunt Hom. Il. *Ξ*, 294 *ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν*, Theocr. II, 82 *χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη Δειλαίας*, Verg. Ecl. VIII. 41 *ut vidi ut perii, ut me malus abstulit error*, de quibus cf. Wagnerum ad Verg. l. c. et Spitznerum ad Hom. Il. *T*, 19.

P. 396.

ibiq. Mitscherl.,] et Apoll. Rhod. II, 161 *ὕμνος φόρμιγγι σύνοιμος*: add. Pind. Scolior. fr. I, 12.

σὺν τύχᾳ.] Cf. annott. ad Pind. Ol. VIII, 67 et locos scriptorum veterum apud Welckerum Mythol. Gr. T. II, p. 803, in quibus *τύχη* saepe cum genetivo personae ita coniunctum est, ut eodem sensu quo v. *τυχεῖν* dicatur: postquam nacta est, postquam incidit in pulchram formam: Plaut. Trinum. 63 *habeas ut nanctu's*: plura v. apud Bullium de Pindari sapientia Comm. p. 35 sq.

Nott. critt.] *τὸ* in *τῶ*, doricam v. *διό* formam, Ahrens Philol. T. XVI, p. 56 mutandum esse censet; quod vocabulo *προκώμιον* refutatur. Cf. etiam annot. ad Pind. Pyth. IV, 3. — *Θέμεν*, ponere, offerre. — *Διὶ* Bergkius. — Attende in hoc versu ad poeticam copulae collocationem: v. Nem. III, 61.

VI, 54: vulgarem rationem poeta sequitur infr. vs. 75. Plura vide sis in Mommseni Suppl. Ann. crit. p. 194.

Laudes gentis. —] *ἠΰπυργον*, ut *Τροίην εὔπυργον* Homerus dixit Il. *H*, 71, *καὶ ἁγνὸς ναὸς εὐπύργου Σεράπνας* Alcman fr. 4 B.: v. ann. ad Isthm. I, 31. Ceterum Alcmanis versum, quem modo protuli, pro tetrametro trochaico habeo: ⏑⏑́ — ⏑ —́ ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑́ — ⏑ ⏑⏑́ ⏑⏑: similes apud Pindarum exstant.

P. 397.

recipiat. —] *δίκᾳ*, propter iustitiam. — „Hartung. *Ξεναρκέϊ* (*Ξεναρκεῖ?*), ut Xenarces Aristomenis pater intelligatur, quem Pindarus Pyth. VIII commemorat, sed is a Timasarchi gente haud dubie alienus". Bergk. ad h. l. Si dativus *δίκᾳ* eo sensu, quem indicavi, accipitur, Hartungi sententia corruit.

p. 375,] et quae ego scripsi Philol. T. I, p. 125. XVII, p. 360.

amplectimur.] Schol. ad h. l., 21: . . . *συνεχῶς ἂν τούτῳ τῷ μέλει καὶ ταύτῃ τῇ ᾠδῇ προσκλίνας ἑαυτὸν καὶ προσαγαγὼν ἀνευφήμησε καὶ ἀνεβάλετο τὴν γεγενημένην νίκην τὴν κτλ.*, quae falsissima sunt: nam *τῷδε μέλει κλιθείς* ab formulis ut *ἀσπίσι κεκλιμένοι*, *στήλῃ κεκλιμένος* et sim. traductum nihil significat nisi huic quod nunc tracto generi cantum modulandi s. melodiae se applicans, intentus: v. *μέλος* eodem sensu infr. vs. 45 habebis: Pindarus enim opinor cum hoc carmine modos usu assiduo apud Aeginetas celebres coniunxit, quibus ipse Timocritus in carminibus victorialibus usus erat: sic Pindarus *ἵππιον νόμον* in usum suum convertit Olymp. I, 101, *Καστόρειον* et *Ἰολάου ὕμνον* idem Isthm. I, 16, Archilochi hymnum Olymp. IX in., Aeschylus Lini cantilenam Agam. 104, Euripides Creticas monodias et *νόμους κιθαρῳδικοὺς* ni fallor Terpandri Aristoph. Ran. 849. 1282, *ἀηδόνιον νόμον* Cleophon Aristoph. Ran. 684; ex antiquioribus Alcmanem nominasse sufficiet, fr. 52 Bergk. *Φρύγιον αὔλησεν μέλος Κερβήσιον*, ubi attendas quaeso ad v. *μέλος*, et Sapphonem atque Alcaeum, de quibus Horat. Epist. I, 19, 28 dixit: *Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho, Temperat Alcaeus, sed rebus et ordine dispar*, recte explicatus ille quidem primum ab Jul. Caesare Annal. Philol. et Paedog. T. LXXXVII, p. 15 sq., cuius interpretatio his ipsis quae scribo egregie firmatur. Et de ipso Homero idem statuere liceret, nisi antiquiorum vatum carmina ac modi musici prorsus interiissent. Quibus calculum adiiciat Aeschylus apud Aristophan. Ran. 1298, ubi haec leguntur:

ἀλλ' οὖν ἐγὼ (Aeschylus) *μὲν ἐς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ*
ἤνεγκον αὔθ' (sc. *ἱμονιοστρόφου μέλη*), *ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ*
λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων·
οὗτος δ' (Euripides) *ἀπὸ πάντων μὲν φέρει πορνιδίων,*
σκολίων Μελήτου, Καρικῶν αὐλημάτων,
θρήνων, χορείων,

quibuscum non inutiliter conferri poterunt, quae Philol. T. XI, p. 721 sqq. de cantilenis popularibus disserui. Hinc patet non esse cur Bergkius *ὕμνον* in *υἱὸν* mutet; accedit quod haec vox post vv. *σὸς πατὴρ* vs. 14 illata mirum quantum languet. Ceterum in Arist. Ran. v. 1301 Meinekius sagaciter ut solet *πάντων μεταφέρει πορνῳδίων* scribendum esse conjecit: sed *φέρει* dictum est ut *ἤνεγκον* v. 1299 et v. *πορνίδια* de carminibus ab meretriculis cantatis dici

potest ut *Γνήσιππος* ab Eupolid. Helot. fr. IV, 2 Mein.: cave autem in deminutivo *πορνιδίων* haereas: hoc cum contemptu dictum est.

εἴρειν στεφάνους.] Magnam enim Nemeae ab amicis et spectatoribus coronarum vim victor acceperat, quae in torquis vel similis ornamenti formam componi poterant: v. Isthm. I, 66. — *Πέμψαντος*, deducentis, prosequentis; memineris enim in pompa hymnum cani ad Timasarchi domum tendente. — „Confirmatur lectio *πέμψαντος* locis geminis Olymp. VIII, 76 *Βλεψιάδαις, οἷς ἤδη στέφανος περίκειται ἕκτος φυλλοφόρων ἀπ' ἀγώνων* et Nem. VI, 60, etiam re ipsa, quia non *ὕμνος* mittit coronas, sed *ἀγών:*" Kayser. Lectt. Pind. p. 71. Bergkius ex Scholiis *πέμψαντα* scripsit: *πέμψαντος* enim pro grammatici correctione habet.

Ol. XII, 19. 20.] Rectius comma post v. *ἑπταπύλοις* deletur, ut *Θήβαις* cum v. *μίγνυον* coniungatur. — De iis nominis *Ἀθῆναι* formis, quibus Pindarus utitur, disputat T. Mommsen. Suppl. Ann. crit. in Pind. Ol. p. 75.

P. 398.

Ol. IX, 98. —] *παρὰ τύμβον*, saepe *παρὰ* cum accusativo a Pindaro coniungitur de loco, ubi quid vel est vel fit, Nem. V, 10. X, 48: Momms. Annot. crit. supplem. p. 118. — *Καδμεῖοι*, honoris causa, ut *Δωρίδα νᾶσον Αἴγιναν* Nem. III, 4. — *οὐκ ἀέκοντες*, magna cum vi dictum, qui vellent omnia eius causa: sic *οὐκ ἐλάχιστον, οὐχ ἥκιστα* alia apud Thucydidem, v. Herbst. Philol. T. XXIV, p. 636. — *μίγνυον.* Nem. I, 18.

editione.] *φίλοισι — ἐλθών*, ad amicos venit, Nem. III, 63, Matth. Gr. Gr. §. 400, 1. — *φίλοισι γὰρ φίλος*, figura ex genere eorum, quae *παρηγμένα* dicuntur, Jul. Rufin. de schem. lex. c. 14.

subiit.] Ahrens Philol. T. XVI, p. 56 *κατέδραμ' ἔνθ'* i. e. *κατέδραμεν ἔστε*, scilicet opinatur, versum strophae septimum cum octavo in unum esse coniungendum: v. vs. 47. Mommsenus *κατέδρακεν* cum codd. primae classis. — *κατέδραμεν* explico per urbem decurrit properans ad Herculis aulam; videtur enim in extremo urbis angulo sita fuisse ista aula itaque v. *καταδραμεῖν* declarat, quanto Timasarchus certandi studio arserit: cf. Hom. Od. *Φ*, 8 *βῆ δ' ἴμεναι θάλαμόνδε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν Ἔσχατον*, Od. *Ο*, 99 *αὐτὸς δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα, Β*, 377. — De v. *καταδραμεῖν* cum accusativo apud Pindarum iuncto dixit T. Momms. Suppl. ann. crit. p. 113.

1104.) Tamen nunc improbo ut nimis tenue pro epinicii hymni dignitate. Potius ita censeo: Amphitryonis domum aulam habuisse Herculi proprie sacram, quam Pindarus *Ἡρακλέος αὐλάν* nominat, in cuius parietibus donaria victorum penderent plurima, tripodes ahenei et alia, unde *ὀλβία* dicitur, ut sunt *ὄλβια* heroum *δώματα* opulenta. Solebant vero opinor athletae ante ludos huc se conferre et vota facere ad aram aulae. Atque hoc etiam Timasarchus fecit. Dissen.

duae urbes.] Scholl. ad vs. 30: *Θήβη γὰρ καὶ Αἴγινα Ἀσωπίδες καί φασι Θηβαίοις πολεμοῦσιν Ἀθηναίοις ἐκπεσεῖν λόγιον, τοὺς συγγενεῖς ἑλέσθαι συμμάχους, δι' ὃ τοὺς Αἰγινήτας ἑλέσθαι· τοῦτο γὰρ ἐδήλου τὸ ῥῆμα*: v. C. Mueller. Aegin. p. 114: ead. ad vs. 36: *ξένιον ἄστυ ταῖς Θήβαις ἡ Αἴγινα, διότι Πηλεὺς καὶ Τελαμὼν Αἰγινῆται ὄντες, ὅτι ἔμελλε στρατεύειν εἰς Ἴλιον*

Ἡρακλῆς, ἐπεξενώθησαν αὐτῷ· διὸ ἐποίσει ξὺν ᾧ ποτε Τρωΐαν κτλ: v. annot. ad Nem. III, 3. — *ξύν*. „bis in hac oda quod traditum est *ξύν* tollere nolui, cum sonorum rationes toties nos fugiant: cf. 31 et Nem. X, 40. XI, 12." Momms. ad h. l. — *Ποτέ*, saepe obvium apud Pindarum in initio narrationum, Pyth. X, 31. XII, 6. Nem. I, 35. Isthm. I, 13.

449.] Add. Pind. Hymn. fr. 12a ibiq. annott.

P. 399.

I, 67.] Pindaro videri Alcyoneum in amoribus fuisse quod tam insignis sit eius in carminibus memoria, observat Schneidewinus Philol. T. I, p. 434.

heroes. —] Attende collocationem verborum: communis enim sermonis Graeci consuetudo *οὐ πρὶν τετραορίας γε* postulat.

228.] Zeugma h. l. nullum est: v. Lobeck. ad Soph. Aiac. 1035. —

307.] Scholl. ad h. l., 51: *ἐπεὶ . . . ἔοικε φησὶ παρὰ τὸ Ὁμηρικόν* [Il. *Σ*, 309, de quo v. annotationem nostram ad Apost. XII, 28]· *ξυνὸς Ἐνυάλιος· ἔπαθε γάρ τι καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀποβαλὼν τοὺς ἑταίρους. παρὰ τοῦτο ὁ τραγικὸς* [Soph. fr. 210 Nauck.]· *τὸν δρῶντά που τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται*: add. Archil. fr. 65 Bergk., Soph. Elect. 1026. Oed. Tyrann. 642. Oed. Colon. 228. fr. 18 Nauck., Eurip. Herc. Fur. 756, Append. Provv. II, 12 ibiq. annot. T. I. Paroem. Gr. ed. Gotting. — Etiam hoc loco verborum collocatio notanda: v. Simon. Amorg. fr. VII, 97 *ἤν τι καὶ δοκῶσιν ὠφελεῖν*, Soph. fr. 210 modo allatum, Eurip. Androm. 90 *ἤν τι καὶ πάθω κακόν*, Aristoph. Ran. 737 *ἤν τι καὶ πάσχητε.*

postulat. —] *Τεθμὸς*, vox antiqua, de quolibet decretorum et legum et praeceptorum genere dicitur: Pind. Ol. VI, 69. Pyth. I, 64. Harpocr. s. *θεσμός*. Etym. Magn. p. 448, 12: cf. Spanheim. ad Callim. h. in Dian. 174. Bauck. de Thesmoth. Athen. dissert. p. 9: hac significatione Pindarus vocem ad eas artis poeticae leges transtulit, quas communis poetarum antiquorum usus comprobaverat et quasi sanxerat: Olymp. VII, 88. XIII, 28. Isthm. V, 20, v. ann. ad Nem. III, 28. Quam h. l. poeta legem de carminis brevitate proponit, eam cum gravissima esset saepius in poematis commemoravit: Ol. XIII, 94. Nem. X, 19. Isthm. I, 62: add. infr. vs. 71 sq.

P. 400.

restant.] Voluit ni fallor poeta: cum temporis spatium choro ad carmen canendum concessum festinet citoque praetereat.

iuncturam.] Locus iam veteribus obscurus. Scholl. ad vs. 56: *ἴυγξ εἶδος ὀρνέου ἐρωτικοῦ. πόθεν δὲ ἡ ἴυγξ; ἣν οἱ μέν φασιν Ἠχοῦς, οἱ δὲ Πειθοῦς γεγενῆσθαι θυγατέρα, ἥτις φαρμάσσουσα τὸν Δία εἰς τὸν τῆς Ἰοῦς πόθον κατὰ χόλον Ἥρας εἰς ὄρνεον μετεβλήθη, ᾧ κέχρηνται αἱ τὰ ἐρωτικὰ σκευάζουσαι γυναῖκες· ἐκ τούτου δὲ τὸ ὄρνεον ἴυγξ καλεῖται· ἴυγγι οὖν τῇ ἐπιθυμίᾳ φησίν.* §. *Ἄλλως. ὡς ἀπὸ φαρμάκου, φησί, καὶ ἴυγγος ἕλκομαι τὴν ψυχὴν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ᾗ ὑπεσχόμην ἐπιδείξασθαι τὸν ἐπινίκιον συντελέσας· διὸ τὰ περὶ τὸν Ἡρακλέα λέγειν κωλύομαι, σπεύδων τελειῶσαι τὸν ὕμνον εἰς ὃν ὡμολόγησα χρόνον. . . .* 60. *ἐπιβουλίᾳ*] *ἰστέον ὅτι ὁ λόγος πρὸς ἑαυτὸν φιλονεικεῖ. πρὸς ἑαυτὸν γὰρ τοῦτο λέγει ὁ Πίνδαρος· ἀντίτεινε τοῖς ἐπιβουλεύουσιν, οἷον μὴ εἶκε τοῖς ἀντιτέχνοις, μὴ δίδου λαβὰς ὅτι παρεκβέβηκας* §. *τῇ ἐπιβουλίᾳ αὐτῶν ἀντίτεινε, ἐναντιοῦ τῷ φθόνῳ, ὅ ἐστιν ἀπόδος τὸν ἐπινίκιον τῇ ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ· σφόδρα γὰρ*

τῶν πολεμούντων ἡμᾶς ἀντιδιδασκάλων καὶ ἀντιτέχνων φανησόμεθα καταβαίνοντες καὶ διοδεύοντες λαμπρῶς, ἐὰν μὴ παρεκβαίνωμεν. δοκεῖ δὲ ταῦτα τείνειν εἰς Σιμωνίδην, ἐπεὶ ἐκεῖνος παρεκβάσεσι χρῆσθαι εἴωθεν (de Simonide non recte h. l. cogitari docet Schneidewin. Simon. Rell. proll. p. XXXI). §. καθυπέρτεροι οὖν ἐκείνων φανησόμεθα· ἐὰν μὴ παρεκβάσεσιν ἐπιμένωμεν, σφόδρα δόξομεν τῶν ἀντιπολεμούντων ὑπερέχοντες καταβαίνειν. Unde constabit inter omnes, scholiastas de victore eiusque rationibus nihil quod ex probis auctoribus haustum esset compertum habuisse. Melius recentioris aevi interpretes locum tractaverunt; et Disseni quidem rationem Rauchenstein. Philol. T. XIII, p. 254 firmare studuit: sed recte mea sententia Boeckhius, modo statuas, νεομηνίᾳ (haec enim forma in textum reducenda est) diem innui ab eo, quo Timasarchi victoria celebratur, plane diversum. Sensus loci hic esse videtur: in defendendo Timasarcho puero quominus pergam, hymni lex me retinet: sed magica quadam vi in novilunium trahor vobis notum, quo multo acerbius adversariorum criminationes repelli confutarique possent. Sed quamquam in his iam versor rebus invidiae plenis, eas omittam, cum etiamsi omisero facile tamen vincam: invidiosa enim alius inani arte tractat, ego meam potius virtutem indolemque sequar. Itaque de eo, quod Mommsen. ad h. l. in hoc loco sibi visus est reperisse, vehementer cupere Pindarum, promissis stare, poetae verba accipi non possunt. Quod singula attinet, θιγέμεν νεομηνίᾳ iungenda sunt: de dativo v. Ol. I, 86 ibiq. ann., Pyth. X, 28. — Sed Bergk. ad h. l. νεομηνίᾳ in νεοχμίᾳ mutandum censet allata Hesychii glossa: νεοχμίη, κίνησις πρόσφατος: qua coniectura quale auxilium loco afferatur fateor me non intelligere. — Καίπερ sine dubio vitiosum optime removit Ahrens. Philol. T. XVI, p. 57 scribendo καὶ περέχει, i. e. καὶ εἰ περιέχει: Donalson. et Bergk. ad h. l. κεἴπερ ἔχει, quod probat Rauchenstein. in Ann. philol. et paedag. LXXVII, pag. 248: sed αἰ pro εἰ quum Homerus admiserit, a Pindari sermone non alienum: v. Ahrensium Dial. Dor. p. 380. — Ποντιὰς ἅλμα, dicendi genus iniuria a Lobeckio ad Soph. Aiac. 139 vituperatum, de largo inimicitiarum proventu magna cum vi dictum est: in maris enim notione efferenda poetis Graecis post Homerum abundantia sermonis quaedam haud displicuit: Arion. fr. 68 ἐς οἶδμ' ἁλιπόρφυρον λίμνας, Eurip. Helen. 400: ἐπ' οἶδμα πόντιον γλαυκᾶς ἁλός, id. Hippol. 753 διὰ πόντιον κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμας, Aristoph. Av. 250 πόντιον οἶδμα θαλάσσης; plura suppeditant Tafel. Dilucc. Pind. I, p. 267 et I. H. Voss. ad Hom. h. in Cerer. 14. — Ἐπιβουλίᾳ, novilunii: hinc ἐπιβουλίαις, quod codicum pars praebet et Kayser. Lectt. Pind. p. 73 commendat, non necessarium.

P. 401.

χαμαιπετοῖσαν] Cf. ann. ad Pind. Nem. III, 39.

nostris.] V. Rostii Gram. Gr. p. 592 ed. VII. Sed me iudice κυλίνδει vim praesentis habet.

578.] Idem continet ψεφεννὸς ἀνήρ Nem. III, 41.

personificatione.] χρόνος, de vi divina, v. Pyth. I, 46.

Finem facere mala valetudo et curae graves cogunt; quae de hoc carmine dicenda restant, proximi semestris scholarum indici adiciam.

SCHOLAE ORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

FR. EHRENFEUCHTER, Dr., publice *Exercitationes Seminarii Regii Homiletici* die Saturn. hora X—XII, item *exercitationes catecheticas* eod. die hora III—IV moderabitur. Privatim *vitam Jesu Christi* enarrabit dieb. Lun. Mart. Jov. et Vener. h. XII—I: *Theologiae Practicae* partem alteram i. e. *Liturgicen*, *Homileticen*, doctrinam de *cura animarum* et *regimine ecclesiastico* quinquies h. III—IV tradet.

LUDOVICUS DUNCKER, Dr., privatim *Historiae ecclesiasticae partem alteram* sexies per hebd. hor. VIII—IX et *Historiam dogmatum* quinquies h. XI—XII et die Saturn. h. IX—X tradet.

LUDOVICUS SCHOEBERLEIN, Dr., publice *Exercitationes liturgicas* sodalium seminarii practico-theologici moderabitur die Sat. h. IX—X, et *Cantu ecclesiastico* eos instituet die Merc. h. VI—VII; privatim *Ethicen theologicam* quinis scholis h. IV—V, et *Theologiae practicae* summam quinquies per hebd. h. XII—I tradet. — Praeterea *Societatem dogmaticam* die Ven. h. VI—VIII moderari perget.

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., publice *Seminarii Regii homiletici exercitationes* die Sat. h. X—XII et *Exercitationes catecheticas* die Merc. h. III—IV moderabitur. Privatim *Evangelium S. Ioannis* quinquies h. IX—X, publice *ejusdem epistolas* diebus Mart. et Ven. h. II—III explicabit. — *Societatem theologicam* studiosis philologiae offert.

JULIUS WAGENMANN, Dr., publice *Historiam ecclesiasticam aevi recentioris* bis per hebd. enarrabit, diebus Lunae et Martis, hora VII; privatim *Historiae ecclesiasticae partem priorem* sexies per hebd. hora VIII, *Theologiae Protestantium historiam* trinis scholis hora VII, diebus Merc. Jov. Veneris. — *Societatem theologicam historicam* moderari perget die Ven. h. vespertina VI.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Theologiae dogmaticae partem priorem* sexies h. XII, *Theologiam symbolicam comparatam* enarrabit quinquies p. h. h. XI.

FR. GESS, Dr., privatim *dogmatices christianae* partem alteram quinquies tradet hora XII—I et tria priora evangelia interpretabitur quinquies hora IX—X. — Idem *dogmaticam societatem* moderabitur.

ORDINIS IURISCONSULTORUM.

G. J. RIBBENTROP, Dr., *privatim* tradet hor. IX—X et hor. XI—XII *Pandectas; publice* quater per hebdomadem h. XII—I *selecta Pandectarum capita.*

GUIL. THEOD. KRAUT, Dr., *Jus Germanicum privatum cum feudorum*

et mercaturae iure ex quarta libri sui (Grundriss zu Vorlesungen über das deutsche Privatrecht u. s. w. nebst beigefügten Quellen. Göttingen 1855) editione h. VII—VIII et IX—X tradet.

GUIL. FRANCKE, Dr., privatim h. XI—XII *Institutiones juris Romani*, h. VIII—IX *principia juris Romani de hereditatibus* docebit.

HENR. ALB. ZACHARIAE, Dr., tradet: *Jus criminale Germaniae*, renis lectionibus hora X; *Processum criminalem*, respectu inprimis habito secentiorum legum de reformandis publicis judiciis in Germania latarum, quinquies per hebd. h. XI; *Jus publicum Germaniae commune*, sexies per hebd. hora XII.

H. CAROLUS BRIEGLEB, Dr., quaternis scholis *collegium processuale practicum* instituet dieb. Martis et Veneris h. IV—V et h. V—VI.

HENRICUS THÖL, Dr., quater per hebd. *Civile practicum* instituet dieb. Lunae et Jovis h. IV—V et V—VI; *Jus mercaturae* e libro suo (das Handelsrecht) quinquies tradet h. VII—VIII.

OTTO ERNESTUS HARTMANN, Dr., *Theoriam processus civilis* tradet denis per hebd. lectionibus h. XI—XII et h. XII—I; collegium quod *Relatorium* vocant, instituet bis per hebd. h. IV—VI.

RICARDUS DOVE, Dr., *jus ecclesiasticum* tam Catholicorum quam Protestantium privatim docebit quinquies h. IX—X; *jus matrimoniale* bis per hebd. publice horis definiendis tractabit.

ORDINIS MEDICORUM.

CAROLUS FRIDERICUS HENRICUS MARX, Dr., h. III—IV doctrinam *de Remediorum effectibus atque usu* et *artem formulas medicas concinnandi* quinquies per hebd. tradet.

FRIDERICUS WOEHLER, Dr., privatim h. IX—X sexies per hebd. *Chemiam* tradet. In laboratorio academico una cum Prof. DE USLAR, Prof. FITTIG, Dr. HÜBNER et Dr. AHRENS adjutoribus *Praxin chemicam* docebit.

GUILELMUS BAUM, Dr., publice *de ossibus fractis et luxatis* disseret d. Ven et Sat. h. II. — Privatim *chirurgiae partem primam* exponet quinquies p. h. h. IV die Saturni h. III; *Demonstrationes clinicas et policlinicas in Nosocomio Ernesto-Augustano* quotidie h. IX—X dimid., *exercitationes operationum chirurgicarum in cadaveribus* instituet quotidie h. V. *Doctrinam ophthalmologicam* exponet, demonstrationes clinicas, exercitationes operationum circa oculum horis suetis diriget, nisi alius hujus doctrinae professor ejus partes post festum paschale hujus anni suscipiet.

JACOBUS HENLE, Dr., *Anatomiae systematicae partem secundam* (*angiologiam et neurologiam*) quotidie h. XII—I; *Anatomiam generalem* d. Lunae, Mercurii, Veneris h. XI—XII tradet.

AUGUSTUS GRISEBACH, Dr., h. VII sexies *Botanicen tam generalem quam specialem* explicabit et excursionibus botanicis plantarumque horti acad. demonstrationibus illustrabit; h. VIII quater per hebdomadem *Plantas officinales* demonstrabit. *Exercitationes practicas ad Botanicen systematicam spectantes* gratis offert.

C. E. HASSE, Dr., *Pathologiam et Therapiam specialem* sexies h. VII et bis die Mercur. et Saturn. h. VIII tradet. *Scholam clinicam et policlinicam* quotidie h. X—XI dimid. moderari perget.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem primam* (quae ad nutritionem corporis spectant functiones) tradet hora X quinquies per hebd., *Physiologiam generationis* et *Embryologiam* die Veneris h. V—VII docebit et demonstrationibus illustrabit. *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERMANNUS SCHWARTZ, Dr., *Tocologiam* docebit dieb. Lun. Mart. Jov. et Vener. h. VIII; *operationes obstetricias* demonstrabit dieb. Lun. et Jov. h. III; *exercitationes obstetricio-gynaecologicas clinicas* instituet dieb. Mart. et Vener. h. III—V.

L. MEYER, Dr., *Psychiatriam* tradet binis horis, die Jov. hh. IV—VI; *demonstrationes clinicas* instituet quaternis horis, dd. Lunae et Merc. hh. IV—VI.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

G. C. J. ULRICH, Dr., *Hydrostaticam* et *Hydraulicam* quater p. h. hora X tradet, *Geometriam practicam* h. V—VII quaternis p. h. diebus docebit. — In Seminario physico-mathematico exercitationes mathematicas die Mercurii h. X moderabitur.

CAROLUS HOECK, Dr., *historiam literariam* tradet.

GUILELMUS WEBER, Dr., h. V—VII publice *Seminarii mathematico-physici* sodales instituendis et disquirendis *Observationibus physicis* die Jov. exercebit, privatim *Physices experimentalis partem priorem* d.d. Lun. Mart. et Merc. docebit.

FRIDERICUS THEOPHILUS BARTLING, Dr., *Botanicen specialem* praemissis Botanices generalis elementis sexies per hebdom. hor. VII; *Botanicen medicam* quinquies per hebd. hor. VIII tradet. *Excursiones botanicas* sueto more instituet. *Demonstrationes in horto academico* hora commoda habebit.

HENRICUS RITTER, Dr., hora V—VI quinquies per hebd. *historiae philosophiae partem priorem* seu *historiam philosophiae antiquae* docebit.

AUGUSTUS GUILIELMUS BOHTZ, Dr., *Philosophiam religionis* diebus Lunae, Martis et Veneris hora XI—XII docebit; *Psychologiam* diebus Lunae, Martis et Jovis hora IV—V tradet.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr., publice *Seminarii Regii philologici et Proseminarii philologici* sodalium *disputationes* moderabitur, d. Mercur. h. XI—XII et IV—V. — Privatim *Taciti Historias* interpretabitur quinquies p. hebd. h. X—XI et doctrinam de *metrica stropharum a poetis Graecis conditarum compositione* tradet dd. Lun. Mart. et Merc. h. III—IV.

GUIL. HAVEMANN, Dr., *Historiam praecipuorum Europae regnorum inde a saeculo sexto decimo usque ad annum 1740*, hora IV diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris enarrabit. Hora XI—XII iisdem diebus *Historiam brunsvico-lunaeburgensem* tradet.

G. WAITZ, Dr., quaternis scholis h. VIII—IX *historiam medii aevi* enarrabit, h. IV—V *antiquitates Germanicas* tradet et *Taciti Germaniam* interpretabitur. Semel publice h. VI *exercitationes historicas* instituet.

ERNESTUS BERTHEAU, Dr., privatim *librum Jesaiae* prophetae interpretabitur sexies p. hebd. h. X—XI; *theologiam Vet. Testamenti* tradet diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. XI—XII; publice binis lectionibus *linguam aethiopicam*, binis *linguam syriacam* docebit.

RUD. HERMANNUS LOTZE, Dr., *naturalem philosophiam* quaternis diebus hor. X—XI, *philosophiam practicam* quaternis diebus hor. IV—V docebit.

W. SARTORIUS DE WALTERSHAUSEN, Dr., *Mineralogiam* quat. lect. h. VII—VIII docebit. *Exercitationes ad mineralogiam spectantes* diebus Jov. et Sat. moderari perget.

JOANNES BENEDICTUS LISTING, Dr., *Opticen* quater p. h. hora XII —I tradet; *Exercitationes physicas* in Seminario physico-mathematico die Merc. hora XI moderari perget; in *computandis observationibus meteorologicis* exercitationes die Martis hora IV—V instituet.

F. L. A. SCHWEIGER, Dr., *Historiam litterariam universalem* adumbrabit.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., privatissime *lectiones Arabicas* continuabit.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice *Seminarii Regii archaeologici sodalibus selecta artium monumenta explicanda* proponet, d. Saturni h. XII —I; privatim *Universam Archaeologiam artium a Graecis et Romanis cultarum* tradet quinis scholis, h. X—XI, privatim quidem, sed iis, qui scholis arch. intererunt, gratis *Artium opera in Museo Regio asservata* explicabit ita ut simul *historiam et theoriam artium plasticarum* exponat, binis scholis, h. X—XI; privatim *Hesiodi Theogoniam* interpretabitur et *isagogen in Mythologiam Graecam* tradet, ternis scholis, h. VIII—IX; privatissime *Commentationes a sodalibus seminarii archaeologici scriptas* recensebit.

J. E. WAPPÄUS, Dr., *Geographiam Americae*, praemissa *Historia peregrinationum, quibus America inventa et cognita est*, tradet quater per hebd. h. XII—I.

ERNESTUS CURTIUS, Dr., publice in Seminario Regio philologico *Propertium* interpretandum proponet d. Jov. et Ven. h. XI; in Proseminario *Tibullum*. Privatim *Ethnographiam* et *geographiam* orbis antiqui docebit, Graecorum sedes accuratius describens quinquies p. h. h. XII. *Juvenalis satiras selectas* explicabit ternis p. h. scholis h. VIII. Privatissime Exercitationes ad historiam aevi antiqui pertinentes moderari perget.

GUIL. MÜLLER, Dr., *Grammaticam linguae theotiscae historicam* tradet quinis scholis h. III; *Parzivâl, carmen Wolframi*, explicabit dd. Mart., Mercur., Ven. h. X; praemissis *veteris linguae Saxonicae elementis* carmen quod *Hêliand* vocant explicabit dd. Lun. et Jov. h. X; — *Societatis theotiscae* studia moderari perget.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice Seminarii regii philologici sodalibus *Aristotelis artem rhetoricam* interpretandam proponet, diebus Lunae et Martis, h. XI—XII, Proseminarii philologici sodalibus *Xenophontis Convivium*, die Mercurii, h. II—III, *Exercitationes* Seminarii regii paedagogici moderabitur dd. Iovis et Veneris, h. XI—XII. Privatim *Aeschyli Persas* quaternis scholis exponet, dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris, h. IX—X, et *Epigraphicen graecam et latinam* eisdem diebus, h. VII—VIII matutina, tradet.

IOANNES ALPHONSUS HELFERICH, Dr., quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris h. III—IV *Politices oeconomicae theoriam* (oekonomische Politik) tradet. Ter per hebdomadem diebus Martis, Jovis et Veneris h. VIII—IX *Politiam* (Polizeiwissenschaft) docebit.

FRID. GRIEPENKERL, Dr., ter per hebd. diebus Mart., Jov. et Ven. h. VIII—IX *Theoriam de rationali rerum rusticarum aestimatione* (Taxationslehre); quater per hebd. diebus Lun., Martis, Jov. et Ven. h. XII—I *Doctrinam de pecudum pastu*; publice ter per hebd. diebus Lun., Mercur. et Saturn. h. VIII—IX *Technologiam oeconomicam* tradet. — *Excursiones* ad Theoriam illustrandam spectantes instituet.

M. A. STERN, Dr., tradet *Calculum variationum* diebus Lunae, Martis et Merc. h. VII; *Calculum differentialem atque integralem* quinq. per hebd. h. VIII. — In seminario physico-mathematico de usu quarundam serierum in arithmetica sublimiori disseret die Jov. h. VII.

THEODORUS BENFEY, Dr., h. V—VI diebb. Lun., Mart. et Merc., poemata *Sanscritica* interpretanda proponet; h. V—VI diebb. Jov. et Ven. linguam *Zendicam* docebit.

GUILIELMUS WICKE, Dr., instituet *exercitationes chemicas* in usum agriculturae studiosorum.

HENRICUS BRUGSCH, Dr., privatim *grammaticam hieroglyphicam* tradet et *selectas inscriptiones* explicabit diebb. Lun., Merc. et Vener. hora commoda; publice *mores et consuetudines orientis incolarum* tradet die Saturni XII—I, privatissime et gratis *exercitationes persice et arabice loquendi* instituet hora commoda.

THEODORUS MÜLLER, Dr., publice *antiquissima linguae francogallicae monumenta* ex Bartschii Chrestomathia explicabit, die Merc. h. XII I; privatim *Historiam linguae francogallicae* tradet, diebb. Lun., Mart. et Jov. h. XII—I; *Grammaticam linguae anglicae* docebit adjunctis exercitationibus practicis, diebb. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VI VII; *Exercitationes gallice loquendi et scribendi* instituet, diebb. Mart., Merc., Ven. et Sat. h. IX—X.

* *
*

HENR. EWALD, Dr., *Ijobum* et *scripta Salomonea* h. X interpretabitur. Lectiones *orientales* publice h. III continuabit.

SCHOLAE EXTRAORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

GEO. CHN. RUD. MATTHAEI, Dr., *Symbolicam ecclesiae Lutheranae* tradet dieb. Lunae et Mart. h. II; *Symbolicam comparatam* dieb. Jov. et Ven. h. II.

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., privatim *epistolas Pauli ad Romanos et Galatas* interpretabitur senis p. h. lectionibus h. IX—X, et *Isagogen in Novum Testamentum* sive *Historiam Novi Testamenti criticam* tradet quinis lectionibus.

ORDINIS IURISCONSULTORUM.

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., *Jus privatum germanicum* h. VII docebit; *exegeticas exercitationes* ter p. h. h. VIII instituet; publice *Gaji commentarios* interpretabitur bis p. h. h. VIII.

RUDOLPHUS SCHLESINGER, Dr., quotidie h. XI—XII *Institutiones juris Romani*, h. X—XI *Historiam juris Romani* tradet; diebus Martis, Jovis, Veneris h. VIII—IX *Jus nauticum privatum* docebit.

FERDINANDUS FRENSDORFF, Dr., privatim *Historiam juris Germanici publici et privati* quinquies per hebd. h. XI—XII tradet; publice *Historiam constitutionis Germanicae inde ab anno 1786* bis per hebd. h. XII—I enarrabit.

ORDINIS MEDICORUM.

E. A. G. HIMLY, Dr, postquam ex morbo convaluerit, lectiones indicabit.

E. F. G. HERBST, Dr., *Physiologiam generalem et specialem* tradet eandemque experimentis et demonstrationibus microscopicis illustrabit, sexies per hebdomadem h. X—XI.

A. KRAEMER, Dr., docebit *Diagnosticen physicam*, adjunctis exercitationibus practicis, dieb. Lun., Mercur. et Vener. h. VIII, *Syphilidologiam* dieb. Mart. et Jov. h. VIII, *Doctrinam de fasciis vincturisque chirurgicis* ter p. h. hor. commodis; privatissime *exercitationes microscopicas* instituet.

GUIL. KRAUSE, Dr., tradet *Pathologiam generalem* d. Lun., Mart., Jov. et Vener. h. VIII—IX, et *Propaedeuticen anatomicam* d. Merc. et Vener. h. XI—XII. *Exercitationes microscopicas* in instituto pathologico sueto more continuabit.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

H. A. L. WIGGERS, Dr., tradet *Pharmaciam* sexies per hebd. hora VI—VII, *Pharmacognosiam* duce compendio suo: Handbuch der Pharmacognosie, 5. Aufl. Gött. 1864, quinquies per hebd. hora II—III.

CAROLUS BOEDEKER, Dr., *Exercitationes chemicas practicas* in laboratorio physiologico-chemico quotidie (exclus. die Sat.) hor. VIII—XII et II—IV moderari perget.

ERNESTUS SCHERING, Dr., publice in Seminario physico-mathematico *selecta geodaesiae sublimioris capita* tractabit, privatim *theoriam aequationum differentialia partialia continentium* exponet *et ad varias quaestiones physicas* applicabit quater per hebd. h. III—IV.

GUILELMUS KEFERSTEIN, Dr. Med., *Anatomiam comparatam* quater per hebd. diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis h. III—IV docebit; *Exercitationes practicas zoologicas et zootomicas* in Museo Zoologico diebus Lunae et Martis h. XI—XII moderari perget. — Horis publicis III—V quibus diebus Martis et Veneris *Museum Zoologicum* patet, demonstrationes offert.

FRID. GUIL. UNGER, Dr., h. III—IV *artis christianae archaeologiam* quaternis scholis tradet.

EDUARDUS KRÜGER, Dr., *Lyricos* Graecorum poetas minores semel interpretabitur d. Mercurii h. VIII. *Historiae recentioris musicae* conspectum dabit binis scholis d. Mercurii et Saturni h. XII.

ALBERTUS PEIP, Dr., privatim *Logicen* docebit quaternis p. h. scholis h. VII—VIII mat.; in societate philosophica d. Vener. h. VI—VIII vesp. *Organi Aristotelei* selecta capita interpretanda proponet.

CAROLUS DE SEEBACH, Dr., *Geognosiam et Arurognosiam* (Bodenkunde) tradet quinquies p. hebd. h. VIII—IX atque *excursionibus* instituendis illustrabit. Privatissime sed gratis *Exercitationes practicas* tam ad *Petrographiam* quam ad *Palaeontologiam* spectantes diebus Merc. et Jov. h. IX—II moderari perget.

GUILELMUS KLINKERFUES, privatim *astronomiae theoricae* doctrinas tradet diebus Lunae, Martis, Jovis, Saturni, hora XII—I; publice cum seminarii physico-mathematici sodalibus hora commoda *observationes astronomicas* instituet.

L. DE USLAR, Dr., *Chemiam pharmaceuticam* tradet quater p. hebd.; *Pharmaciam* in usum medicinae studiosorum docebit diebus et horis postea indicandis.

GUIL. HENNEBERG, Dr., de *pabuli aestimandi et miscendi ratione* publice disseret die Merc. h. XI—I.

RUDOLPHUS FITTIG, Dr., tradet *Chemiam organicam generalem* quater per hebd., diebus Mart., Merc., Jov. et Vener. h. XII—I; *Chemiam or-*

ganicam in usum medicinae studiosorum bis per hebd.. diebus Lun. et Jov. h. IV—V docebit.

F. KOHLRAUSCH, Dr., in laboratorio physico *Exercitationes practicas* sueto more moderabitur; *Seminarii mathematico-physici* sodales observationibus physicis instituendis exercebit.

G. TEICHMÜLLER, Dr., privatim *historiae philosophiae* partem secundam (inde a Neoplatonicis usque ad Hegelium) quater p. hebd. hora VII—VIII matutina dd. Lun., Mart., Jov., Ven. docebit; publice *philosophiae Aristoteleae* partem tertiam, quam ille *τέχνην* s. *ποιητικήν* vocavit, ex reliquiis constructam semel per hebd. d. Merc. XI—XII exponet.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *artem equitandi* docebit horis commodis.

EDUARDUS HILLE, Mus. Dir. Acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie* et *Orchesterspielverein* vocantur, invitat.

* * *

LUDOVICUS LUELFING, Dr., hora VII—VIII mat. sexies per hebdom. *doctrinam de Morbis animalium domesticorum*, adjunctis demonstrationibus clinicis in nosocomio veterinario, tradet.

SCHOLAE PRIVATIM DOCENTIUM.

ORDINIS THEOLOGORUM.

AUG. KLOSTERMANN, Lic. theol., *quinquies* per hebd. h. X *librum Geneseos et Exodi partem priorem* tractabit, *quater* per hebdom. h. XI *duodecim prophetas minores* interpretabitur.

* * *

EX COLLEGIO REPETENTIUM.

Collegii repetentium sodales exercitationes exegeticas, historicas, systematicas sueto more die Lunae h. VI vespertina moderabuntur.

ORDINIS IURISCONSULTORUM.

F. B. GREFE, Dr., privatim *theoriam processus civilis* tradet sexies per hebd. hora I—II.

RUDOLPHUS SOHM, Dr., *Jus germanicum privatum* tradet cum jure feudorum, adhibito libro, quem scripsit ILL. Kraut, Grundriss zu Vorlesungen über das deutsche Privatrecht, 4. Aufl., sexies per hebd. hora IX—X

et dieb. Lunae et Jovis hora XI—XII; publice *jus quod leges germanicae de patrimonio conjugum statuerunt*, d. Saturni h. XI—XII explicabit; *Repetitoria et Examinatoria* imprimis in jure Romano Commilitonibus offert.

CAROL. HILSE, Dr. jur. et phil., gratis explicabit *Principia juris Borussici de finium tam inter ecclesiam et civitatem quam inter jurisdictionem et administrationem regundorum judicio* bis per hebd. h. XII—I; privatim tradet *Historiam juris Borussici tam publici quam privati*, ter per hebd. h. XII—I; *Jus Borussicum privatum* quater per hebd. h. VII—IX; *Jus mercaturae et cambiorum*, quinquies per hebd. h. XI—XII.

ORDINIS MEDICORUM.

CH. F. E. STROMEYER, Dr., *Chemiae theoreticae partes singulas nec non Pharmaciam* privatissime docebit.

R. WIESE, Dr., horis postea indicandis *theoriam auscultationis* et *percussionis* tradet adjunctis exercitationibus practicis.

C. F. LOHMEYER, Dr., *Ophthalmologiam* quinquies per hebd. hora VII—VIII, *Chirurgiam generalem* hora II—III leget.

GUILIELMUS L. KÜNEKE, Dr., *Artis obstetriciae doctrinam* dieb. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VII; *Doctrinam et cursum operationum obst.* dieb. Merc. et Saturn. h. VII; *Gynaecologiam* dieb. Lun., Mart. et Jov. h. V tradet. Repetitoria et Privatissima offert.

E. EHLERS, Dr., *Osteologiam et Syndesmologiam* d. Mart. Jov. et Sat. h. XI—XII tradet. *Exercitationes microscopicas* in theatro anatomico sueto more continuabit.

THEODORUS HUSEMANN, Dr., privatim *Pharmacologiam universam*, adjectis demonstrationibus pharmacognosticis exercitationibusque formulas medicas secundum pondus novum rite concinnandi, quinquies per hebdomadem hora III—IV docebit. *Repetitorium ad Materiam medicam et artem formulandi* spectans horis audituris commodis habebit. De *remediis irritantibus et purgantibus* d. Lunae h. V—VI gratis disseret.

GUILIELMUS MARMÉ, Dr., privatim docebit *Toxicologiam experimentis illustratam* ter per hebd. dd. Lunae, Martis et Jovis h. V; *Historiae medicinae* partem primam dd. Martis et Veneris h. XII; *Electrotherapiam* adjectis experimentis et demonstrationibus d. Mercurii h. IV. *Toxicologiae* selecta capita d. Jovis h. VI publice docebit experimentisque illustrabit.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

JULIUS TITTMANN, Dr., Ord. phil. Assessor, *Literarum elegantiorum historiam recentiorem* docebit quin. sch. hora X; *De Dantis Aligerii vita et scriptis* gratis disseret bin. sch. hor. VI.

S. LANTZIUS-BENINGA, Dr., Ord. phil. Assessor, *Botanicen generalem et specialem* sexies per hebd. h. VII, *Botanicen medicam* h. VIII vel aliis

h. commodis tradet. *Repetitorium ad Botanicen generalem et medicam* spectans, excursiones, demonstrationes et exercitationes practicas bot. instituet. Privatissima offert.

THEOD. WÜSTENFELD, Dr. ph., *Historiam Italiae inde ab initio medii aevi* quaternis scholis diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora XI—XII gratis tradet.

ERNESTUS MOLLER, Dr. phil., Ord. ph. Assessor, *Paedagogicen generalem* ternis lectt. diebus Lunae, Martis et Mercurii h. IX—X docebit; *Historiae artis paedagogicae partem priorem* (qualis fuerit temporibus antiquis et aevo medio) diebus Jovis, Veneris et Saturni h. IX—X enarrabit. Idem *praecipua de methodo Deum cognoscendi philosophorum ptacita* historice et critice publice exponet die Mercurii hora X—XI. — *Societatis paedagogicae* sodalibus praecipuorum paedagogorum sententias ex ipsorum libris cognoscendas horis commodis proponet.

LUDOVICUS ADOLPHUS COHN, Dr. phil., privatim *Elementa diplomatices* tradet atque exercitationes palaeographicas instituet ter per hebdom. hora V—VI; *Conspectum rerum borussicarum* dabit bis per hebdom. hora adhuc definienda. — Gratis societatem historicam moderari offert.

A. ENNEPER, Dr., *Geometriam analyticam superficierum et linearum dupliciter curvatarum* tradet diebus Lunae, Mart., Mercurii, Jov. et Veneris hora XI—XII; publice *theoriam Determinantium* exponet diebus Martis et Veneris h. IX.

SIGURDUS ABEL, Dr., *Historiographiae, quam vocant, apud Germanos historiam* quater per hebd. h. IX—X tradet; gratis *Gesta romanorum medii aevi pontificum* die Mercurii hora XII—I enarrabit.

H. HÜBNER, Dr., 1. privatim *Chemiam organicam* tradet, quater per hebd. Lun., Mart., Merc., Jov. h. IX—X, privatim *systemata chemiae tam antiquiora quam recentiora inter se* comparabit d. Vener. h. XII—I.

H. L. BUFF, Dr., commeatu accepto h. s. scholas non habebit.

CAROLUS HATTENDORFF, Dr., *Geometriam analyticam* quaternis scholis hora X tradet, *Theoriam functionum unius variabilis complexae*, imprimis functionum ellipticarum, quinquies per hebd. hora IX; *Introductionem historicam in theoriam functionum ellipticarum* dabit die Saturni h. X.

J. DEDE, Dr., privatim *rerum publicarum rectiones, genera, status* enarrabit, ita ut ad alius exemplum accommodetur exquisita alius notitia d. d. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. XII—I; publice *rerum civilium administrandarum doctrinam* tradet d. Merc. h. XII—I.

GUSTAVUS FERDINANDUS MEYER, Dr., privatim docebit *Theoriam integralium definitorum*, quater per hebd. hora XI—XII; *de repraesentatione functionum arbitrariarum* inter limites datas per series infinitas secundum sinus et cosinus multiplorum unius anguli procedentes disseret semel per hebd. die Mercurii hora XI—XII gratis.

BERNH. MINNIGERODE, Dr., *Theoriam gravitatis, electricitatis et magnetismi* quinquies p. h. tradet.

ERNESTUS STEINDORFF, Dr., ternis scholis *de imperio Romano-Germanico medii aevi* saeculis vigenti disseret.

GUSTAVUS DRECHSLER, Dr., *Agriculturam generalem et specialem* privatim docebit quater per hebdom. h. XII. *Exercitationes oeconomicas* instituet horis definiendis.

A. LESKIEN, Dr., privatim docebit *Grammaticam linguae graecae* diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. X—XI; gratis *de quaestione, quae dicitur, homerica* disseret et *Iliadem interpretabitur* dieb. Mart. et Vener. h. IV—V; gratis *linguarum Europaearum indolem, familias, regiones* recensebit die Mercur. h. IV—V; commilitonibus, si qui *linguam Lituanicam* vel *Palaeobulgaricam* (Slavico-ecclesiasticam) discere volent, privatissime exercitationes habendas offert.

D. PEIPERS, Dr., gratis *veterum philosophorum de religione* sententias exponet bis in hebdomade, hora XII dd. Mercurii et Saturni. Privatim *Platonis de republica libros* explicabit dd. Lunae, Martis, Jovis hora XII. — Societatis philosophicae sodalibus Ritteri et Prelleri *historiam philosophiae graecae et romanae* sicut antea tractandam proponet.

Musicam, artem delineandi, linguas et literas cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Saltandi* et *armorum tractandorum artes* magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DISCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
6-7				6—7 Pharm. (6) *Wiggers*.
7-8	Hist. eccles. rec. (2) *Wagenmann*. Theol. Prot. hist. (3) *idem*.	Ius germ. (6) *Kraut* Ius merc. (5) *Thöl*. Ius germ. *Wolff*. Ius Boruss. (4) *Hilse*.	Botan. (6) *Grisebach*. Path. et Ther. (6) *Hasse*. Ophth. (6) *Lohmeyer*. Art. obstet. (4) *Küneke*. Oper. obst. (2) *idem*.	Bot. spec. (6) *Bartling*. Min. (4) *Sartorius de Waltershausen*. Epigr. Gr. et Lat. (4) *Sauppe*. Calc. var. (3) *Stern*. Sem. math. (1) *idem*. Log. (4) *Peip*. Hist. Phil. P. II. (4) *Teichmüller*. Morb. an. dom. (6) *Luelfing*. Bot. gen. et sp. (6) *Lantzius-Beninga*.
8-9	Hist. eccl. P. II (6) *Duncker*. Hist. eccl. P. I (6) *Wagenmann*.	Ius hered. (6) *Francke*. Exercc. exeget. (3) *Wolff*. Gai. Com. (2) *idem*. Ius naut. pr. (5) *Schlesinger*. Ius Boruss. (4) *Hilse*.	Plant. off. (4) *Grisebach*. Path. et Ther. (2) *Hasse*. Tocol. (4) *Schwartz*. Diag. phys. (3) *Krämer*. Syphil. (2) *idem*. Path. gener. (4) *Krause*.	Bot. med. (5) *Bartling*. Hist. med. aev. (4) *Waitz* Hes. Theog. (3) *Wieseler*. Juv. Sat. (3) *Curtius*. Polit. (3) *Helferich*. Rer. rust. aest. (3) *Griepenkerl*. Techn. oec. (3) *idem*. Calc. diff. (5) *Stern*. Lyr. Gr. (1) *Krüger*. Geogn. (5) *de Seebach*. Bot. med. *Lantzius-Beninga*.
9-10	Hist. dogm. (1) *Duncker*. Exercc. lit (1) *Schöberlein*. Evang. Ioann. (5) *Wiesinger*. Evang. tria pr. (5) *Gess*. Ep. Paul. ad Rom. (6) *Lünemann*.	Pand. (6) *Ribbentrop*. Ius germ. (6) *Kraut*. Ius eccles. (5) *Dove*. Ius germ. (6) *Sohm*.	Chem. (6) *Wöhler*. Dem. clin. et polycl. (6) *Baum*.	Aesch. Pers. (4) *Sauppe* Exercc. gall. loq. (4) *Th. Müller*. Paedag. (3) *Moller*. Hist. paedag. (3) *idem*. Theor. determ. (2) *Enneper*. Historiogr. Germ. hist. (4) *Abel*. Chem. organ. (4) *Hübner*. Theor. funct. ell. (5) *Hattendorff*.
10-11	Exercc. Sem. Reg. Hom. (1) *Ehrenfeuchter*. Exerc. Sem. Reg. Hom. (1) *Wiesinger*. Genes. et Exod. (5) *Klostermann*.	Ius crim. (6) *Zachariae*. Hist iur. Rom. (6) *Schlesinger*.	Dem. cl. et polycl. (6) *Baum*. Schol. clin. (6) *Hasse*. Phys. exp. P. I (5) *Meissner*. Physiol. gen. et spec. (6) *Herbst*.	Hydrost. et Hyd. (4) *Ulrich*. Exerc. math. (1) *idem*. Tac. Hist. (5) *de Leutsch*. Jes. pr. (6) *Bertheau*. Phil. natur. (4) *Lotze*. Archaeol. univ. (5) *Wieseler*. Pareival (3) *G. Müller*. Heliand (2) *idem*. Ijob. et Salom. (5) *Ewald*. Hist. lit. eleg. rec. (5) *Tittmann*. De Deo philos. plac. (1) *Moller*. Geom. anal. (4) *Hattendorff*. Introd. hist. in theor. funct. ell. (1) *idem*. Gramm. ling. Gr. (4) *Leskien*.
11-12	Exercc. Sem. Reg. Hom. (1) *Ehrenfeuchter*. Hist. dogm. (5) *Duncker*. Exercc. Sem. Reg. Hom. (1) *Wiesinger*. Theol. symb. comp. (5) *Ritschl*. Proph. XII min. (4) *Klostermann*.	Pand. (6) *Ribbentrop*. Instit. (6) *Francke*. Proc. crim. (5) *Zachariae*. Proc. civ. theor. (5) *Hartmann*. Instit. iur. Rom. (6) *Schlesinger*. Hist. iur. Germ. (5) *Frensdorff*. Ius germ. (2) *Sohm*. Ius patrim. conj. (1) *idem*. Ius merc. et camb. (5) *Hilse*.	Anat. gen. (3) *Henle*. Schol. clin. (6) *Hasse*. Propaed. anat. (2) *Krause*. Osteol. et synd. (3) *Ehlers*.	Phil. relig. (3) *Bohtz*. Sem. Reg. Philol. (1) *de Leutsch*. Hist. Brunsv. (4) *Havemann*. Phil. V. Test. (4) *Bertheau*. Exercc. phys. (1) *Listing*. Sem. Reg. Philol. (2) *Curtius*. Sem. Reg. Philol. (2) *Sauppe*. Sem. paedag. (2) *idem*. Exercc. zool. (2) *Keferstein*. Hist mus. rec. (2) *Krüger*. Phil. Aristot. (1) *Teichmuller*. Hist. Ital. (4) *Wüstenfeld*. Geom. anal. (5) *Enneper*. Theor. integr. def. (4) *Meyer*. Repraes. funct. arb. (1) *idem*.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
12–1	V. Iesu Chr. (4) *Ehrenfeuchter.* Theol. pract. (5) *Schöberlein.* Theol. dogm. P. I (6) *Ritschl.* Dogm. christ. P. I (5) *Gess.*	Sel. Pand. cc. (4) *Ribbentrop.* Ius publ. Germ. (6) *Zachariae.* Proc. civ. theor. (5) *Hartmann.* Hist. const. Germ. (2) *Frensdorff.* Hist. iur. Boruss. (3) *Hilse.* Princ. iur. Boruss. (2) *idem.*	Anat. syst. P. II. (6) *Henle.* Hist. med. p. 1 (2) *Marmé.*	Opt. (4) *Listing.* Sem. archaeol. (1) *Wieseler.* Hist. peregr. (4) *Wappäus.* Ethn. ant. (5) *Curtius.* Pec. past. (4) *Griepenkerl.* Mor. Orient. (1) *Brugsch.* Mon. francog. (1) *Th. Müller.* Hist. ling. francog. (3) *idem.* Astron. theor. doct. (4) *Klinkerfues.* Pab. aesi. (1) *Henneberg.* Chem. organ. (4) *Fittig.* Gesta Rom. pontif. (1) *Abel.* Syst. chem. comp. (1) *Huebner.* Rer. public. rect. (4) *Dede.* Rer. civ. adm. rat. (1) *idem.* Agric. gener. (4) *Drechsler.* Vet. phil. de relig. sent. (2) *Peipers.* Plat. de Republ. II. (3) *idem.*
1–2		Theor. proc. civ. (6) *Grefe.*		
2–3	Ioann. Epist. (2) *Wiesinger.* Symb. eccl. Luth. (2) *Matthaei.* Symb. comp. (2) *idem.*		Oss. fr. et lux. (2) *Baum.* Pharmacogn. (5) *Wiggers.* Chir. gener. (5) *Lohmeyer.*	Prosem. (1) *Sauppe.*
3–4	Exercc. catech. (1) *Ehrenfeuchter.* Theol. pract. P. II (5) *idem.* Exercc. cat. (1) *Wiesinger.*		Remed. eff. (5) *Marx.* Chir. P. I (1) *Baum.* Oper. obst. (2) *Schwartz.* Exercc. olst. (2) *idem.* Pharm. un. (5) *Husemann.*	Stroph. metr. doct. (3) *de Leutsch.* Hist. gram. theot. (5) *G. Müller.* Pol. oec. th. (4) *Helferich.* Lect. orient. (4) *Ewald.* Theor. aeq. (4) *Schering.* Anat. comp. (4) *Keferstein.* Art. christ. arch. (4) *Unger.*
4–5	Ethic. (5) *Schöberlein.*	Coll. proc. pract. (2) *Briegleb.* Civ. pract. (2) *Thöl.* Relat. (2) *Hartmann.*	Chir. P. I (4) *Baum.* Exercc. obst. (2) *Schwartz.* Psych. (1) *Meyer.* Dem. clin. (2) *idem.* Electrother. (1) *Marmé*	Psych. (3) *Bohtz.* Prosem. (1) *de Leutsch.* Hist. med. aev. (4) *Havemann.* Ant. Germ. (4) *Waitz.* Phil. pract. (4) *Lotze.* Obs. met. (1) *Listing.* Chem. org. medic. (2) *Fittig.* Quaest. Hom. et II. interpr. (2) *Leskien.* Ling. Eur. ind. (1) *idem.*
5–6		Coll. proc. pr. (2) *Briegleb.* Civ. pract. (2) *Thöl.* Relat. (2) *Hartmann.*	Exercc. chir. (6) *Baum.* Phys. gen. et Embr. (1) *Meissner.* Psych. (1) *Meyer.* Dem. clin. (2) *idem.* Gynaec. (3) *Küneke.* Rem. irrit. (1) *Husemann.* Toxicol. un. (3) *Marmé.*	Geom. pr. (2) *Ulrich.* Obs. phys. (1) *Weber.* Phys. exp. P. I (3) *idem.* Hist. phil. P. I (5) *Ritter.* Pros. (1) *Curtius.* Sanscr. (3) *Benfey.* Zend. (2) *idem.* Elem. dipl. (3) *Cohn.*
6–7	Cant. sccles. (1) *Schöberlein.* Soc. theol. (2) *idem.* Soc. theol. (1) *Wagenmann.* Coll. repet. (1)		Phys. gen. et Emb. (1) *Meissner.* Toxicol. capp. (1) *Marmé.*	Geom. pr. (2) *Ulrich.* Obs. phys. (1) *Weber.* Phys. exp. P. I (3) *idem.* Exercc. hist. (1) *Waitz.* Gramm. ling. angl. (4) *Th. Muller.* Soc. philos. (2) *Peip.* Vit Dant. Al. (2) *Tittmann.*

167

INDEX
SCHOLARUM
PUBLICE ET PRIVATIM
IN ACADEMIA
GEORGIA AUGUSTA
PER SEMESTRE HIBERNUM
ANNI MDCCCLXVIII—MDCCCLXIX
A D. XV. M. OCTOBRIS USQUE AD D. XV. M. MARTII
HABENDARUM.

Praemissa est Ernesti de Leutsch Additamentorum ad Lud. Disseni in Pindari Carmina Commentarium Speciminis tertii pars altera.

GOTTINGAE
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
GUIL. FR. KAESTNER.

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

PRORECTOR

GEORGIUS WAITZ D.

C U M   S E N A T U.

Restant quae de Pindari carminis Nem. IV parte altera eaque perdifficili dicenda habeo. in qua explicanda saepius quam in priore parte a Disseno mihi recedendum erit. Cuius rei exemplum illi ipsi versus, a quibus nobis nunc incipiendum est, praebebunt. Ex Disseni enim sententia vss. 41—43 ad Pindaricae poeseos contemptores spectant; mihi eis Timasarchus idque vitae genus, cui ille se addixerit, respici videtur, ut sensus existat: ego potius meam virtutem artemque sequar, qua duce quod expertus ego sum, experietur etiam Timasarchus. Neque scholiasta de Pindari cogitavit poesi, cum dicit ad vs. 66: *ἐμοὶ δὲ, φησίν, ἣν ἔδωκε τάξιν ὁ θεὸς καὶ ἡ εἱμαρμένη, ταύτην πεπίστευκα ὅτι καὶ ὁ μακρὸς διαθέων χρόνος πληρώσει εὔμοιρον καὶ καλήν.* Quale autem fuerit vitae genus quod Timasarchus secutus est, incompertum habemus.

P. 402.

nova accedit.] In sequentibus poeta non ad nova transit, sed ad eam carminis partem, quam vs. 25 incepit feliciter ad exitum perducendam se accingit. — *ἐξύφαινε*, texendo confice et ad finem perduc, absolve. — *μέλος*, respicit vs. 15: dicit poeta: sed haec quae contra adversarios dicere coacti eramus, nunc missa faciamus et pergamus in argumento carminis vere victoriali.

Salamis.] *ἀπάρχει*, praeit, de eo, qui saltantium vel canentium dux est: Poet. anon. Anthol. Palat. IX, 189, 3 *ἔνθα καλὸν στήσασθε θεῇ χορόν· ὔμμι δ' ἀπάρχει Σαπφὼ χρυσείην χερσὶν ἔχοντα λύρην*: add. Dionys. Hal. A. R. VII, 73 extr., quamquam ibi Kiesslingio *ὑπάρχοντα* codicum lectio in *ἄρχοντα* mutanda videtur; v. *ἀπάρχει* me judice ad sacra Jovi Salaminio a Teucro in insula Cypro instituta (Tac. Ann. III, 62 coll. Engel. Cypr. T. II, p. 660 sqq.) spectat, in quorum pompa solemni eiusdem Teucri pro heroe culti statuam pia civium turba et chori sequi solebant. Aliter Mommsen. ad h. l.: refert enim v. *ἀπάρχει* ad lyram, quam rationem his verbis commendat: „sensus est: „quo (usu homerico) tibi, lyra, praeit Teucrus", ut lyra per metaphoram navigationem clarissimam iterare jubeatur olim „Teucro duce et auspice Teucro" factam". Contra *Τεῦκρος ἐπάρχει* coniecit Hecker. Philol. vol. V, p. 440, *Τεῦκρος ἀποικοῖ* Rauchenst. ibid. XIII, p. 255, metri causa Ahrens. ibid. XVI, p. 57 *ἄταρ δὴ Αἴας κτλ.*, Bergk. ad. h. l. *ἀπ' ἄρχει*, quo sensus supra a Disseno indicatus existeret.

35, 2.] Add. annott. ad Nem. II, 14.

P. 403.

disputavit.] Contra Koehlerum Schneidewinus disputavit ad Ibyc. Rell. p. 150. — Caussam cur in hoc Aeacidarum recensu Telamo omissus sit, Dissenus ad Pind. Isthm. IV, 48 sibi invenisse visus est plane singularem. Tacere de eo debebat hoc loco poeta, quia heroicorum honorum Telamo particeps non fuit.

editione.] *τόδε, ἐν ᾗ* recte scholl. ad vs. 82: relativo sensu exstat etiam Ol. VII, 81; postpositum est cum vi, ut *ουνεκα* sup. v. 20, *ἵνα* infr. v. 77.

meriti.] *λατρείαν* editores cum codd.: E. Schmidius recte *λαιρίαν*, quod etiam L. Dindorfius in Steph. Thes. L. G. s. *λατρεία* probare videtur. Nam Pindarus Ol. X (IX), 28 ex omnium codicum fide *λάτριον ... μισθόν* scripsit, defensum illud ab Hesych. s. *λάτρ(ι)ον. μίσθιον*: nec exstat usquam certum adjectivi *λάτρειος* exemplum: quapropter *λατρείαν* utpote formam notam a librariis invectum esse censeo: v. Scholl. vett. ad Pind. Ol. XIII, 34: *λάτριον* | *τὸν ἐν τῇ λατρείᾳ γενόμενον.* Ceterum qui *λατρείαν* retinent diphthongum *ει* in medio vocabulo ante vocalem correptam esse statuunt, de cujus rei apud Pindarum finibus disputat T. Mommsen. in Adnot. crit. Supplem. p. 174 sqq. — *Λατρίαν*, famularem, mercennariam, in servitutem redactam. — *προςτραπὼν .. παρέδωκεν,* hostili manu convertit ad Haemones iisque tradidit. Dammius in Lex. Hom. Pind. s. v. *προςτρέπω.* quem Dissenus incaute secutus est, vim v. *προςτραπων* non perspexit. Idem ex mea sententia in eos cadit, qui v. *προςτραπὼν* per coniecturam removere aut alia hic vocabula mutare voluerunt, ut Rauchenst. Philol. T. XIII, p. 255 *πολεμίαν χέρα προςτραπων* coniecit, Ahrens. ib. XVI, p. 57 *παρτραπὼν* vel *περτραπών* quod explicat prosternens, Bergk. ad h. l. *προτραπών* i. e. incitans, in quod et ipse aliquando incideram. Lectionem codicum etiam T. Mommsen. ad h. l. defendit, sed nimis ut mihi videtur artificiose. — *χρησάμενος,* verbi structuram explicant etiam Staveren. ad Cornel. Nep. vit. Cimon. l. Peerlkamp. ad Xenoph. Ephes. p. 272. Baehr. ad Plut. V. Flamin. p. 122. — Fabulam eleganter enarrant Scholl. ad h. l.. 88: *ἔστι δὲ ἡ αἰτία τῆς δουλείας αὕτη. Ἱππολύτου θυγάτηρ γέγονε Κρηθηΐς Ἀκάστου γαμετή, ἥτις τῷ Πηλεῖ ἐρωτικῶς διατεθεῖσα καὶ μὴ πείσασα συνελθεῖν αὐτὸν φθάσαντα τῷ Ἀκάστῳ ὡς ἄσεμνον καὶ βίαιον διέβαλεν. ὁ δὲ κατακούσας καὶ προφασισαμενος ἤγαγεν ἐπὶ τὰ ἀπέρημα τοῦ Πηλίου καὶ καταλείψας θηρίοις ὑποπεσεῖν αὐτὸν ὑπαναχωρεῖ. φασὶ δὲ τοὺς θεοὺς σωφροσύνης οἰκτείραντας τὸν Πηλέα Ἥφαιστον ἐξαποστεῖλαι. τὸν δὲ μάχαιραν ἔχοντα τῷ Πηλεῖ δωρήσασθαι, ᾗ τὰ προςπίπτοντα τῶν θηρίων διαχρώμενος εἰς Θεσσαλίαν κατῆλθε καὶ κατελθὼν καιεπολέμησεν Ἄκαστον και τὴν Ἰωλκόν*

P. 404.

exposita sunt.] Abiit *Δαιδάλου μάχαιρα* in proverbium: v. Zenob. Provv. V, 21. Macar. V, 86 ibiq. annott. — Recte Bergkius ad h. l. *Δαιδάλου* antiquam scripturam Aristarcho probatam, a Didymo vero iniuria remotam Pindaro reddidit: nam tum demum articulus non est offensioni: v. Nem. VIII, 51. *Δαίδαλος* autem Vulcani cognomentum antiquo tempore, ut vasa monstrant, usu tritum erat: v. C. O. Mueller. Archaeol. Comp. §. 367, atque inprimis quae Bergk. Diurn. Liter. Halens. a. MDCCCXLVII,

nr. 286, p. 1131, et in tertia Lyricorum editione p. 1365 contra Maur. Hauptii opinationes (Ind. lectt. un. Berol. aest. a. MDCCCLXIV) disputavit. Alia ratione scripturam Δαιδάλου Christius Philol. XXV, p. 632 tuitus est. — φύτευε, sensu tralato, ex usu Pindaro familiari, cf. Nem. VIII, 17 et Homericum κακὸν μέγα πᾶσι φυτεῦσαι et similia.

insidiose.] ἐκ praepositio adverbii circumscriptioni inservit, Matth. G. Gr. p. 1334, add. ἐξ ὀλίγου i. e. subito apud Solon. fr. XIII, 14, ex libidine apud Sallust. Catil. 8, 1 ibiq. v. intt. et Walch. Emendatt. Liv. p. 163. Hand. Tursell. II, p. 652 sq.

concilians.] Ambiguum scholiastae videtur Χείρων in vs. 61 sit verbi ἐκφέρει subiectum an τὸ μόρσιμον: sed ut ad v. ἄλαλκε mente repetendum est Πηλεῖ, ita Πηλέα ad v. ἐκφέρει: de v. ἐκφέρω cf. Soph. Aiac. 7 ibiq. not. Schneidewini. Fatum autem s. Parcae ex Pindari sententia ea exsequuntur, quae Jupiter penes quem summum rerum omnium est imperium, suo consilio constituit: Pind. Pyth. V, 114. Ol. IX, 42. Nem. VI, 13. Threnor. fr. 8: add. Aeschyl. Suppl. 645: Ζῆνα . . . ὃς πολιῷ νόμῳ αἶσαν ὀρθοῖ et quae in hanc rem Bullius exposuit de sapient. Pind. Comm. p. 28.

460. —] θρασυμάχανος e conjectura Bergkius, contra loci concinnitatem, simul chiasmum delens, qualem passim Pindarus admisit: Scolior. fr. V, 3: ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψηλᾶς ἀκούων πηκτίδος: Parthen. fr. II, 2: σεμνᾶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν: Prosod. fr. 1, 3: χθονὸς εὐρείας ἀκίνητον τέρας: Nem. III, 79: πόμ' ἀοίδιμον Αἰολῇσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν: Nem. I, 34. Pyth. VI, 11. — Haeserunt sine causa VV. DD. in particula τε primo versus loco collocata: v. Kayser. in Diurn. Vindob. T. CV, p. 100. Schneidewin. Philol. T. II, p. 729. Mommsen. ad h. l.: sed quae ad versum sanandum excogitaverunt silentio premenda sunt, postquam veram poetae manum ingeniose Bergkius restituit: scribendum enim est ἀκμάν|τ' ἢ δεινοτάτων κτλ.: v. Pind. Pyth. IX, 22 sqq.

967.] Bene Scholl. ad h. l., 101: ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων, οἳ ὅταν λήγωσι τῆς ἐργασίας, σχάζουσι τὰς κώπας, v. annot. ad Pyth. X, 51. Lexicographi explicant per v. χαλᾶν, ἀφιέναι, v. Hesych., Suid. s. vv.

accipiunt.] Prior ratio praestat: ad eam fulciendam addo etiam in pictura vasis Volcentini a Gerhardo in libro, cui indicem fecit: *Trinkschalen und Gefässe*, tab. H. editi, Deos Deasque uno in sedili eoque rotundo sedentes et sermones inter se serentes exhiberi. Nec spernenda scholiastae verba sunt ad h. l.: οἱ μὲν φυσικώτερον τὸν οὐρανὸν ἀπέδοσαν διὰ τὸ σφαιροειδές, ἀλλ' ἐναντιοῦται αὐτοῖς τὰ τῆς ἱστορίας· οὐ γὰρ τὸν οὐρανὸν ὁ Πηλεὺς ἐθεάσατο. ἀκουστέον οὖν τὸ παρὰ τὸ Πήλιον τῶν θεῶν κυκλοτερὲς συμπόσιον, ὅπερ συνετελέσθη τοῖς τοῦ Πηλέως γάμοις. Hinc patet, nullam adesse causam, cur ἔγκυκλον ἕδραν Rauchenst. Philol. T. XIII, p. 256 tentaverit, aut εἶδεν δὲ κυκλον ἑδρᾶν Ahrens. ibid. XVI, p. 58.

habet.] Lycoph. Cass. 367 χοιράδων δ' ἐφημένους, ubi v. Scholia Bachmanni. — πόντου τ', exempla Pindarica simplicis τε opposita coniungentis collegit T. Mommsen. Adnot. crit. Supplem. p. 193.

χρόνον.] Significantur dona in posteros duratura: Thucyd. I, 51, 3: ἡ ναυμαχία ἐτελεύτα ἐς νύκτα: III, 82, 8 ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που ἀεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες: Bergkius ἐγγενὲς αὐτῷ scripsit, quod iam Rittershusius et

Rauchenstein. Philol. XIII, p. 256 commendaverant: alii aliter: v. Mommsen. ad h. l. et ad schol. Germ. Pind. p. X: Bergkius autem si suae coniecturae interpretes antiquos favere contendit, fallitur: nam quid illi in libris invenerint neque ex explicationibus veterum nobis servatis nec ex paraphrasi certo concludi potest.

P. 405.

δύσιν.] VV. *Γαδείρων...περατόν* in proverbium abierunt: v. annott. ad Apostol. XVI, 19. — V. *Γαδείρων* magna cum vi praepositum.

verba.] V. *Εὐρώπαν* corruptum esse recte Kayser. Lectt. Pind. p. 73 contendit nec potest illud defendi versibus incerti poetae apud Aristot. Rhet. III, 14 *ἤγεό μοι λόγον ἄλλον, ὅπως Ἀσίας ἀπὸ γαίης Ἦλθεν ἐς Εὐρώπην πόλεμος μέγας.* Coniecturas VV. DD. vide apud Mommsen. ad h. l.: sunt illae si quid video omnes improbabiles: hinc ipse conicio *εὔορμον* scribendum esse: *λιμὴν εὔορμος* ex Homero notum. — *ἄπορα*, fortius quam *ἄπορον*, Ol. I, 52, cf. Matth. Gr. Gr. p. 996. — *διελθεῖν*, ut Homer. hymn. in Vener. 276: *ὄφρα κε ταῦτα μετὰ φρεσὶ πάντα διέλθω,* v. nott. ad Pind. Pyth. VIII, 69.

Corroborant.] *ἑτοῖμος,* paratus, aptus, Pyth. VI, 7. — *ἔβαν*, de itinere poetico, v. ad Ol. VIII, 13. Nem. VI, 66.

19.] *τε καὶ . . τε* positum ut sup. vs. 9 sq. — Potuisset etiam *Ἰσθμῷ* v. Isthm. I, 32: sed in locorum, in quibus victoriae reportatae, enumeratione orationis variandae semper studiosus Pindarus.

P. 406.

ἀράσσων.] *οὐ νέονι' ἄνευ στεφάνων,* cum vi dictum, v. sup. vs. 19 ibique not., add. Nem. III, 15.

editione.] Sed recedit a Graecorum institutis *χορηγία* uni imposita genti. Videtur potius Theandridarum familia tibicinum aut citharistarum fuisse, quae hereditario iure in deorum solemnibus musicam exerceret, ut Athenis Lycomidae, Eunidae, alii. Ceterum videtur ex verbis *πάτραν ἵν' κτλ.* concludi posse, Pindarum cum hoc carmen caneretur, in insula Aegina non commoratum esse.

candidissimo.] Locutio ni fallor proverbialis: sic *χιόνος λευκότεροι* Matron Athenaei VI, p. 134 E, quod ductum ex Hom. Jl. K, 437 *ἵπποι . . λευκότεροι χιόνος*, ad quem locum v. Scholia Veneta.

P. 407.

habebit.] Recte scholiastae apodosin hypotheticam, *ποιήσω, μνησθήσομαι* omissam esse statuunt; protasis autem de re agit per se aperta nec facile dubitanda; quam rationem Pindaro probatam esse pluribus in horum Additamentorum specimine secundo ad Nem. III, 19 demonstratum ivimus. Itaque causam non video, cur Rauchenstein. Philol. T. XIII, p. 256 *χρυσὸς μὲν κτλ.* scribat et vv. *χρυσὸς . . φῶτα* cum Heynio Beckioque parentheseos loco habeat. — In v. *ἰσοδαίμονα* notanda syllaba prima hoc uno loco in Pindari carminibus producta: *ἴσσος* enim Aeoles et Sappho dixere, unde in lexicon Hesychius recepit: v. Ahrens. Dial. Aeol. p. 65: add. *ἰσσόθεος* in inscrip-

tione Cymaea apud Boeckh. Corp. Inscriptt. T. II, n. 3524 vs. 16. — Quanta vi v. βασιλεῦσιν dictum sit, ex Ol. I, 113 cognoscitur. — VV. ὕμνος ἀγαθῶν ἐργμάτων κτλ. quae supra vs. 6 sp. dicta sunt, in mentem revocant.

similem.] Etiam *neque* — *neque* eadem arte adhibetur: v. Horat. Carm. I, 6, 5. III, 5, 27.

nihil.] Exemplis ex Aeschylo desumptis hanc Disseni disputationem illustrat Panzerbieter Philol. T. XII, p. 442: etiam Soph. Antig. 365 σοφοί τι τὸ μηχανόεν κτλ. huc pertinet.

P. 408.

laudi.] V. ἵν', quod corruptum esse nemo non intelligit, VV. DD. certatim corrigere studuerunt, v. Mommsen. ad h. l.: nunc Bergkius ἕνεκ' in textum recepit, idemque Mommsenius in ann. ad h. l. proposuit et ὅτι interpretatus est allato Pind. Isthm. VII (VIII) 33: add. eiusdem Mommseni docta de v. ἕνεκα formarum et significationis apud Pindarum usu disputatio in Ann. crit. Supplem. p. 197 sqq. Sed cum οὕνεκα hac in re ab ἕνεκα prorsus diversum sit, locus ille Pindaricus, qui οὕνεκα habet, nihil probat et ἕνεκα hic ubi animum vehementissime commotum poeta prodit, mirum quantum languet. Mihi Pindarus οἷ' scripsisse videtur, quod ὅτι τοῖα, ὅτι τοιαῦτα valet, ex usu homerico: Hom. Il. E. 757: Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ Ἄρει τάδε καρτερὰ ἔργα; Ὁσσάτιόν τε καὶ οἷον ἀπώλεσε λαὸν Ἀχαιῶν Μὰψ κτλ.: Od. δ, 611. ζ, 479: Theogn. 675: ἦ μάλα τις χαλεπῶς Σώζεται οἷ' ἔρδουσι (ita enim cum Bekkero scribendum est, v. Hecker. Philol. V, p. 472): Thuc. IV, 26, 4 ibiq. v. Popponem et Matthiae Gr. Gr. p. 1067: Calliclis igitur laudatio his ipsis continetur, quae elatiore voce a choro cantata ex veterum sententia in Orco pronis auribus excipientur: v. ann. ad Pind. Ol. XIV, 21. — Vs. 89 sq. Locus corruptissimus. Etiam libri ab Mommseno collati προπάτωρ Ὁ σὸς ἀείσεται παῖ praebent. Neque aliter scholiastarum exemplaria: scholl. ad vs. 144: ὅντινα Καλλικλέα καὶ ὁ Εὐφάνης ὁ πρεσβύτερος τῶν σῶν προγόνων, ὦ Τιμάσαρχε ᾄσει καὶ ὑμνήσει, δηλαδὴ ὡς ἀποθανόντα ἀποθανών· ὡς ὅτε καὶ ἐν Ἅιδου εἰσὶν οἱ θαυμάζοντες τοὺς ἀρίστους, καὶ ὅτι αἴσθησίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς [cf. Pind. Threnor. fr. 1, 5 ibiq. nott.]. §. ἢ οὕτως· ὁ Εὐφάνης οὗτος ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους Τιμασάρχῳ παλαίτερός τις καὶ τῶν σοφῶν καὶ τῶν συγγραψάντων [v. quae scripsi Philol. T. XVII, p. 357 sqq.] ἐπαίνους· λέγεται δὲ πάππος εἶναι τοῦ νικηφόρου πρὸς μητρός. ἢ οὕτω· τοῦτο ἐπιπεφώνηκεν ὡς τοῦ Εὐφάνους καὶ Καλλικλέους ἡλικιωτῶν ὄντων· διό φησιν· ἐκεῖνος ὁ ἡλικιώτης ᾄσεται καὶ ὑμνήσει τὸν Καλλικλέα, τοὺς δὲ ἄλλους ὑμνήσουσιν οἱ ἡλικιῶται τουτέστι σὲ οἱ ἡλικιῶται ὑμνήσουσι, τὸν δὲ Καλλικλέα ὁ Εὐφάνης. Sed ἀείσεται futurum propter vv. ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι ferri nequit; tum futurum a Pindaro cum v. ἐθέλων non componitur. Vel sic tamen sensus loci mihi in aprico esse videtur: huius vel horum (τῶν lectio genuina videtur) laudes Euphanes carminibus celebravit. Quae si recte habent, VV. DD. coniecturis, quas T. Mommseni diligentia in annott. ad h. l. recenset, locus nondum sanatus est.

verbum.] VV. ἄλλοισι . . ἄλλοι poeta proverbium ἧλιξ ἥλικα τέρπει respicit, quod secundum Scholl. ad Plat. p. 375 Bekk. ex Homeri Od. ρ,

218 derivatum est: v. ann. ad Diog. Vind. II, 88 Paroemiogr. Gr. T. II, p. 33. — Paregmeni figura Pindarus in sententiis uti solet: Nem. III, 6. I, 24. VIII, 3. Isthm. 1, 47. Olymp. VII, 11. 95. I, 113: praeivit Homerus. Ceterum de toto hoc loco tenendum, quod Boeckhius in not. crit. ad vs. 82 scripsit p. 524: „singulae partes orationis non ita connexae sunt, ut logicus suadet ordo, propterea quod lyricus simpliciter proponere sententias solet, earum vero nexum audientibus indagandum reliquit." — *ἄντα ἴδῃ* Bergkius e coniectura scripsit: sine causa: nam pronominis *τὶς* repetitio molesta non est: v. Nem. III, 28 sq. *φέρειν*, ib. 38 *ἀλκάν*. Et v. Scholl. ad vs. 148: *ἔνιοι δὲ οὕτως· ἅπερ δὴ ἄν τις τύχῃ θεασάμενος, ταῦτα δοκεῖ καὶ ἀκριβέστερον διατιθέναι καὶ κάλλιον οὕτω νοεῖν τῶν ἄλλων.*

artes est.] *Οἶον*, spiritu leni, scripsit Aristarchus, *οἷον* rectius Didymus, quem recentiores secuti sunt: sed verum est quod Ahrensius Philol. T. XVI, p. 57 invenit, *οἴων*, propter talia quae ipse vidi. — *στρέφοιν*, i. e. *στρέφοιμι* commendat Bergkius ad h. l.; sed est haec forma a Pindari dialecto aliena. — V. *στρέφειν* recte Poll. Onom. III, 155 inter luctae verba rettulit: sic *ἀποστρέψας τὸν ὦμον* Aristoph. Equitt. 263: add. Macar. Provv. VII, 79 ibiq. annott. et Scholl. ad h. l., 151: *μεταφορὰ ἀπὸ τῶν παλαιόντων.* Verum quis est de quo haec dicuntur? Non Euphanes, ut cum Boeckhio in Nott. critt. ad h. l. plurimi nunc statuunt, sed *τὶς* ex versu praecedenti mente repetendum: recte enim Scholl. ad h. l., 151: *ἐλλείπει δὲ τὸ τίς· οἷόν τις τοῦτον τὸν Μελησίαν ἐπαινῶν τὰς τῶν ἄλλων ἔριδας καταπαλαίοι· οἷον, καὶ περιγένοιτο· διαπρέπει γὰρ ὥστε τοὺς φθονοῦντας μηδὲν ἀνύειν. §. παρεῖται δὲ τὸ τίς· ἔστι γάρ· ἔριδα στρέφοι τις ῥήματα πλέκων, οἷον ἄν τις αἰνέων τὸν Μελησίαν*: recte etiam Heimsoeth. Add. et Corr. in Pind. Comm. p. 53: „Pindarus a Callicle, quem Euphanes cecinit, ad res praesentes verba reducit sua versibus 91. 92." Quibus addendum est, per pronomen indefinitum Pindarum ipsum h. l. significari, ut pluribus exposui in Ritschl. et Welcker. Mus. Rhen. T. XVII, pag. 372: Melesiam igitur se summis laudibus prosecuturum esse Pindarus profitetur.

desumptum] v. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 964 et cf. Pyth. XII, 8.

metaphorae.] Add. Hesiod. Scut. Herc. 302 ibiq. v. Heinrich.

positum.] Restat ut de Melesia dicam: Scholl. ad vs. 155: *καὶ ταῦτα ἐπὶ τοῦ Μελησίου· οὗτος δέ ἐστι τὸ γένος Ἀθηναῖος· ταῦτα δέ φησιν ὡς τοῦ Τιμασάρχου ὑπὸ τοῦ Μελησίου ἀληλειμμένου*: est igitur Melesias aliptes et magister pueri Timasarchi, de quo pluribus poeta dixit Ol. VIII, 54; alia de eo narrat Boeckhius in nott. critt. ad h. l. p. 524 sq. Sed cum et antecedentia et laudationis huius ratio extra omnem dubitationem ponant, de tali viro hic sermonem esse non posse, Melesiam iuvenem ornatissimum et maximis propinquitatis atque amicitiae vinculis Timasarcho victori conjunctum fuisse censeo, quam sententiam Mus. Rhen. l. c. p. 371 sqq. planam facere atque probare studui.

Euphanem.] Similiter oratio Pyth. III, 20 conformata, quod moneo, ne quis prava Mommseni explicatione inducatur in errores. Ceterum attendas velim per exclamationem carmini finem imponi.

In fine huius scripti unculae quantivis pretii metricam strophae loga-

oedicae descriptionem addere mihi liceat, cum diagrammata, quae in editionibus nunc solent proponi, emendatione quam maxime egeant. Est haec stropha ex simplicioribus et componenda cum Pind. Pyth. XII. Nem. II. Bacchyl. fr. 19 B.

Vs. 1: v̄ —́ v̄ — vv — v— —́ vv —: periodus *δίκωλος,* ex tetrapodia facta et dipodia iambico-anapaesticis, 12 × 6:

Vs. 2: v̄ —́ v̄ — vv —: periodus *μονόκωλος,* qua ut fieri solet in logaoedicis, metrica prioris versus structura sine pausa proponitur eiusque indoles pulchre declaratur. Versu primo et secundo eparcha totius strophae formantur et quidem ex epodi Archilocheae ratione: nam Archilocho Horatius debet stropham qua Carm. IV, 7 usus est, teste Terentiano Mauro vs. 1807:

hoc doctum Archilochum tradunt genuisse magistri:
tu mihi Flacce sat es:
—́ vv — vv — vv — vv — vv — v
—́ vv — vv —

Idem probat Archil. fr. 89 B.:
v —́ v — v — v — v — v —
—́ vv — vv —

ratio enim rhythmica, sub quam versus cadunt, eadem est: 12 × 6 : 9. Eparchis autem pars strophae primaria subjicitur ex binis distichis figurata:

Vs. 3: v̄ —́ v — vv — — v̄ — v — vv —: periodus *δίκωλος,* in qua tetrapodia logaoedica et tripodia eiusdem generis copulatae sunt: 12 × 9: prius colon e versu primo processit, altero versus secundus iteratur: novo modo eparcha proferuntur.

Vs. 4: —́ v — vv — ◡ —́ v — vv — ◡: periodus *δίκωλος* ex duobus pherecrateis composita, 9 × 9, versus tertii epodum efficiens, sed ita, ut rhythmum antecedentibus inferat plane contrariam. Hoc modo apud Pindarum saepissime stropharum versus sibi subiciuntur: contrariorum enim conjunctio in periodo rhythmica non solum ad perspicuitatem, sed etiam ad gravitatem et suavitatem pertinet. V. Archilochi fragmentum 89 modo allatum.

Vs. 5: ́ v — v — vv — ◡ —́ vv — v —: periodus *δίκωλος,* qua versus tertius repetitur: 12 × 9.

Vs. 6: —́ v — v — vv —́ v — vv — v: periodus *δίκωλος:* versus quartus repetitur pedibus prioris coli paulo aliter collocatis. Ne haereas in prioris coli pede novissimo, qui dactylus est integer: idem in Asclepiadeo observari licet, cuius schema hoc est:

—́ v — vv — — vv —́ — vv — v —

Similia in strophis saepissime occurrunt.

Vs. 7: v͡v́v — vv — v —: periodus *μονόκωλος*, glyconeus, 12 morarum: versus quinti sive tertii colon prius versus dignitatem obtinet et clausulam indicat.

Vs. 8: ⏗ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — —: periodus *μονόκωλος*, hexapodia iambico-anapaestica, antecedenti opposita, ita ut poeta ex opposito ad ipsam propositionem revertatur; primo enim strophae versui hic ultimus respondet. Habes igitur eparcha vss. 1. 2, rhythmum primarium vss. 3—6, clausulam vss. 7. 8, quorum ratio rhythmica haec est: 12 × 6: 9. 12 × 9: 9 × 9. 12 × 9: 9 × 9. 12: 12 × 6. Inde hoc diagrammaprocedit:

⏒ ⏗ ⏒ — ⏑⏑ — ⏑ ⏗ — ⏑⏑ ⏗
⏒ ⏗ ⏒ — ⏑⏑ —

⏒ ⏗ ⏑ — ⏑⏑ ⏗ — ⏒ ⏗ ⏑ — ⏑⏑ —
⏗ ⏑ — ⏑⏑ — — ⏗ ⏑ — ⏑⏑ — —
⏗ ⏒ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏒ ⏗ ⏑⏑ — ⏑ ⏗
⏗ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ ⏗ ⏑ — ⏑⏑ — —

⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏗
⏗ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ ⏗ —.

Ἄριστος εὐφροσύνα πόνων κεκριμένων
ἰατρός· αἱ δὲ σοφαὶ

Μοισᾶν θύγατρες ἀοιδαὶ θέλξαν συναντόμεναι.
οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τό- σον γε μαλθακὰ τέγγει
γυῖα, τόσσον εὐλογία φορ- μιγγι συνάορος.
ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτε- ρον βιοτεύει

ὅτι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ
γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.

Cum in comparatione vis rerum cernatur, addam stropham carminis Pind. Nem. II:

⏑ ⏗ — ⏑⏑ — ⏑ —: vs. logaoedicus duodecim morarum:
⏓ ⏗ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ ⏗ ⏓: 6 × 9.
⏗ ⏒ — ⏑⏑ — ⏒ ⏗ ⏑ — ⏑⏑ — —: antithesis: 9 × 9.
⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏗ ⏗ ⏓ — ⏑⏑ — ⏑ ⏗ ⏗ ⏓ — ⏑⏑ ⏗ ⏗: 12 × 12 × 12.
⏗ ⏑⏑ — — ⏗ ⏑⏑ — —: 6 × 6: versus primus.

Ὅθενπερ καὶ Ὁμηρίδαι
ῥαπτῶν ἐπέων ταπόλλ' ἀοιδοὶ
ἄρχονται, Διὸς ἐκ προοιμίου· καὶ ὅδ' ἀνήρ
καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων νικαφορίας δέδεκται πρώταν Νεμεαίου
ἐν πολυυμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

Quorum versuum ratio rhythmica ex his numeris perspicitur:

6 × 6: 6 × 9. 9 × 9: 12 × 12 × 12. 6 × 6:

simplissima vel propterea haec ratio, quod chiasmus rhythmicus admissus non est.

SCHOLAE ORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

FRIDERICUS EHRENFEUCHTER, Dr., publice *exercitationes in Seminario Regio homiletico* die Saturn. h. X—XII, item exercitationes *catecheticas* eodem die h. III—IV moderabitur. *Introductionem* in *studium theologiae* bis p. hebd. die Mercur. et Saturn. XII—I docebit. — Privatim *Apologiam* religionis christianae sive *rationes quae inter religionem christianam et culturam universalem* intercedunt, quater p. hebd. dieb. Lun. Mart. Jov. et Vener. h. XII—I exponet. *Theologiae practicae* partem priorem i. e. *prolegomena, doctrinam de fidei propagatione* et *catecheticen* tradet quater p. hebd. iisdem dieb. h. III—IV.

LUDOVICUS DUNCKER, Dr., publice *Historiam ecclesiasticam recentioris aevi* enarrabit quinquies per hebd. hora III—IV. — Privatim *Historiae ecclesiasticae partem priorem* tradet sexies p. h. hor. VIII—IX.

LUDOVICUS SCHOEBERLEIN, Dr., publice *Exercitationes liturgicas* sodalium seminarii practico-theologici moderabitur die Sat. h. IX—X, et *Cantu ecclesiastico* eos instituet die Merc. h. VI—VII; idem *Introductionem in dogmaticen christianam* dieb. Merc. et Sat. h. XII—I tradet. — Privatim *Dogmatices christianae* partem priorem dieb. Lun. Mart. Jov. et Ven. h. XII—I, *Symbolicen christianam comparativam* quinquies p. hebd. h. IV—V docebit. — *Societatem dogmaticam* die Ven. h. VI—VIII moderabitur.

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., publice *Seminarii homiletici* exercitationes die Sat. h. X—XII et *Exercitationes catecheticas* die Merc. h. V—VI moderabitur; *Pauli ap. ad Galatas* epistolam diebus Mart. et Ven. h. II—III explicabit. — Privatim *Pauli Ap. epistolam ad Romanos* quinquies h. IX—X interpretabitur. — Societatem exegeticam offert.

JULIUS WAGENMANN, Dr., publice *Patristicam* leget binis scholis die Saturni h. VIII—X. — Privatim *Historiae ecclesiasticae partem alteram* enarrabit quinquies per hebd. h. VIII—IX; *Historiam dogmatum* quinis scholis tradet h. IV—V; *Societatem historicam theologicam* moderari perget.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Introductionem in Novum Testamentum* tradet quinquies p. h. h. XI, *Theologiae partem posteriorem* exponet quinquies p. h. h. XII.

FRIDERICUS GESS, Dr., privatim *ethicen theologicam* quinis horis XII—I tradet, *evangelium Johannis* quinis horis interpretabitur IX—X. — Societatem theologicam moderari perget.

ORDINIS IURISCONSULTORUM.

GEO. JUL. RIBBENTROP, Dr., privatim tradet *Institutiones* juris Romani hor. XII—I; *Historiam* juris Romani hor. X—XI. — Ter per hebd. hor. V—VI nonnulla *Pandectarum* capita *publice* tradere perget.

GUIL. THEOD. KRAUT, Dr., quinquies h. X—XI *Historiam iuris Germanici tam publici quam privati,* h. XII—I *Jus ecclesiasticum Evangelicorum et Catholicorum* tradet.

GUIL. FRANCKE, Dr., *doctrinam Pandectarum* explicabit h. IX—X et XI XII.

HENR. ALB. ZACHARIAE, Dr., tradet: *Jus criminale* Germaniae sexies per hebdom. h. X; *Processum criminalem Germanicum*, quinquies per hebdom. h. XI; *Historiam Constitutionis totius Germaniae* inde a temporibus dissoluti Imperii Romano-Germanici adjecta tam *juris publici Confoederationis Germanicae*, a. 1866 abrogatae, *delineatione*, quam *Constitutionis* quae foederi civitatum Germaniae septentrionalis data est, *interpretatione*, quater per hebdom. h. XII.

H. CAROLUS BRIEGLEB, Dr., octonis per hebd. lectionibus, diebus Lunae Martis Jovis et Veneris, h. IV—V et h. V—VI *doctrinam processus civilis* tradet.

HENRICUS THÖL, Dr., privatim *Jus privatum germanicum cum jure feudorum* quotidie hora VIII—IX nec non d. Lun. et Jov. hora IX—X tradet.

OTTO ERNESTUS HARTMANN, Dr., tradet *historiam processus civilis romani* ter per hebd. hor. III—IV; *processuale practicum* bis per hebd. hora IV—VI, *relatorium* bis per hebd. hora IV—VI instituet.

R. DOVE, Dr., privatim *Jus privatum Germanicum cum feudali* quotidie h. VIII—IX nec non d. Lun. et Jov. h. IX—X tractabit; *Jus commerciorum cum cambiali et maritimo* d. Mart. Merc. Ven. et Sat. h. IX—X docebit.

ORDINIS MEDICORUM.

CAROLUS FRIDERICUS HENRICUS MARX, Dr., privatim h. V—VI quinquies per hebd. doctrinam *de Remediorum effectibus atque usu*, *nec non artem formulas medicas concinnandi* tradet.

FRIDERICUS WOEHLER, Dr., privatim h. IX—X sexies per hebd. *Chemiam* tradet. In laboratorio academico una cum Prof. DE USLAR, Prof. FITTIG, Dr. HÜBNER et Dr. AHRENS adjutoribus *Praxin chemicam* docebit.

GUIL. BAUM, Dr., *Historiam chirurgiae* publice docebit d. Mercurii h. V—VI. — Privatim *Chirurgiae partem alteram* quinquies h. VI—VII et d. Saturni h. II—III; *Doctrinam de operationibus chirurgicis* dieb. Lun., Mart., Jovis et Veneris h. V—VI. — *Exercitationes chirurgicas clinicas* et *Policlinicas* in Nosocomio Ernesto-Augustano diriget quotidie h. IX—X.

J. HENLE, Dr., privatim *osteologiam* et *syndesmologiam* d. Martis, Veneris, Saturni h. XI—XII; *anatomiae c. h. systematicae* partem priorem quotidie h. XII—I, *Anatomiam topographicam* d. Lunae, Mercurii, Jovis h. II—III tradet. — Artem cadavera secandi una cum prosectore Dr. EHLERS quotidie h. IX—IV tradet.

AUGUSTUS GRISEBACH, Dr., privatim h. IV quater per hebdomadem *Anatomiam et Physiologiam plantarum*, conjunctim cum *Physiologia agronomica* tradet; h. V. dieb. Jov. et Ven. *Phytogeographiam* explicabit;

privatissime h. X d. Saturni *Histologiam botanicam* demonstrationibus microscopicis in instituto physiologico illustrabit. — *Exercitationes practicas* moderari perget.

C. E. HASSE, Dr., privatim *Pathologiam* et *Therapiam specialem* docebit quinquies p. h. h. IV—V. — Scholas *clinicas* et *policlinicias* moderabitur quotidie hora X½—XII.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem alteram* (Systematis nervosi atque organorum sensus physiologiam) tradet hora X quinquies per hebd. — De *doctrina sanitatis publicae* (Hygiena publica) disseret (etiam in eorum usum, qui medicinae operam non dant) dieb. Lun., Merc. et Jov. h. IV. — *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERMANNUS SCHWARTZ, Dr., privatim *Tocologiam* neque minus *pathologiam puerperii* docebit dieb. Lun. Mart. Mercur. Jov. et Vener. hor. III. — *Scholas clinicas* obstetricio-gynaecologicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Jov. et Vener. hor. VIII; *cursum operationum* instituet dieb. Merc. et Saturn. hor. VIII.

L. MEYER, Dr., publice de *morbi psychici curae publicae ratione et oeconomia* disseret die Mart. h. V—VI vel alia hora commoda. — Privatim *Psychiatriam* tradet binis horis die Jov. h. IV—VI; *demonstrationes clinicas* instituet dd. Lunae et Merc. hh. IV—VI.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

G. C. J. ULRICH, *Geometriam analyticam* cum secundi ordinis superficiebus tradet h. X; *Calculum differentialem atque integralem* h. IV. — In Seminario physico-mathematico de *capillaritate* aget die Saturni h. X.

CAROLUS HOECK, Dr., tradet *historiam literariam universalem.*

GUILELMUS WEBER, Dr., publice *Seminarii physico-mathematici* sodales instituendis et disquirendis *Observationibus physicis* exercebit. — Privatim *Physices experimentalis partem alteram* h. e. doctrinam de *electricitate, magnetismo, calore et lumine* dd. Lun. Mart. et Merc. h. V—VII docebit.

F. TH. BARTLING, Dr., d. Mercur. hor. IX *plantas in horti academici hibernaculis cultas* publice demonstrabit. — Privatim quater per hebd. hor. II *Vegetabilium cryptogamorum historiam* tradet. — *Excursiones botanicas* solito more instituet.

HENRICUS RITTER, Dr., quinis diebus hora V—VI *historiae philosophiae* partem alteram tradet.

AUGUSTUS GUILELMUS BOHTZ, Dr., *Psychologiam* diebus Lunae, Martis et Veneris h. XI—XII docebit; *Aestheticam* diebus Lunae, Martis Jovis et Veneris h. IV—V tradet.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr., publice *Seminarii Regii*

philologici et *Proseminarii* sodalium disputationes cum collega *H. Sauppio* moderabitur, d. Merc. h. XI—I; Seminarii regii sodalibus *Theognidis relliquias* dd. Lunae et Martis h. XI—XII, Proseminarii sodalibus Tyrtaei elegias d. Mercur. h. IX—X interpretandas proponet. — Privatim *Aristophanis Ranas* quater p. h. h. X—XI explicabit; *Historiam poëseos Latinae* enarrabit quater p. hebd. h. III—IV.

GUIL. HAVEMANN, Dr., *Historiam praecipuorum Europae regnorum* ab anno 1740 usque ad annum 1815 tradet hora IV diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris.

G. WAITZ, Dr., hora VIII—IX quater *historiam rerum publicarum universam*, h. IV—V quinquies *historiam Germanicam* tradet. Semel publice exercitationes historicas instituet.

ERNESTUS BERTHEAU, Dr., sexies h. X—XI *Genesin* interpretabitur, quinquies h. XI—XII *Introductionem criticam et hermeneuticam in V. T. libros canonicos et apocryphos* tradet. Publice h. II—III linguas *aethiopicam* et *syriacam* docebit.

RUD. HERMANNUS LOTZE, Dr., quaternis dd. hor. IV—V *psychologiam*, quaternis dd. hor. XI—XII *logicam* et *encyclopaediam* philosophiae docebit.

W. SARTORIUS DE WALTERSHAUSEN, Dr., partem alteram *mineralogiae* h. XI—XII quater per hebd. explicabit; *Geologiam* quater per hebd. h. VI—VII tradet. — Exercitationes practicas ad mineralogiam spectantes diebus Jov. et Sat. moderari perget.

J. B. LISTING, Dr., *Crystallographiam* necnon *proprietates opticas crystallorum* tradet quater p. h. h. IV; de *computandis observationibus meteorologicis* aget die Mart. hora VI; *exercitationes physicas* in Seminario physico-mathematico dirigere perget die Merc. h. XI.

F. L. A. SCHWEIGER, Dr., *Historiam litterariam* tradet quaternis p. h. scholis.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., *elementa linguae Arabicae* docebit privatissime.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice *Seminarii Regii archaeologici sodalibus selecta artium monumenta* explicanda proponet, d. Saturni h. XII—I. — Privatim *Historiam dramatis Graeci* adumbrabit et *universam rem scaenicam Graecorum* exponet, quaternis scholis, h. XII—I, *Symbolicen* sive *doctrinam de symbolis et attributis religionum atque artium Graecarum et Romanarum* tradet, binis scholis, d. Mercurii h. XII—I et d. Saturni h. XI—XII; privatissime *Commentationes a sodalibus seminarii archaeologici scriptas* recensebit.

J. E. WAPPÄUS, Dr., publice *Elementa doctrinae statisticae* docebit die Saturni h. XII—I. — Privatim *Historiam peregrinationum quibus America inventa et cognita est*, et *Geographiam Americae* tradet, quater per hebd. h. XII—I.

GUIL. MÜLLER, Dr., *historiam literarum elegantiorum apud Germanos* narrabit quinis scholis h. III; *selecta veteris Germanorum poëseos specimina* explicabit (duce libro a. GUIL. WACKERNAGEL edito: (Kleineres altdeutsches Lesebuch) dd. Lun. Mart. Jov. h. X; Societatis theotiscae studia moderari perget.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice Seminarii regii philologici et proseminarii sodalibus *T. Lucretii de rerum natura libros* explicandos proponet, illis dd. Iovis et Veneris, h. XI—XII, his d. Merc., h. II—III, disputationes utrorumque cum E. DE LEUTSCH reget, illorum die Merc. h. XI—I, horum hora suo tempore constituenda; *exercitationes* Seminarii regii paedagogici dd. Lunae et Martis h. XI—XII moderabitur. — Privatim *P. Terentii Adelphos et Heautontimorumenon* interpretabitur, dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. II—III, et *Antiquitates sacras, iudiciales, privatas Atheniensium* eisdem diebus h. IX—X exponet.

JOANNES ALPHONSUS HELFERICH, Dr., privatim *Theoriam oeconomiae nationalis* quater per hebdomadem h. III—IV docebit; *rem financiariam* quinis lectionibus h. V—VI tradet.

FRID. GRIEPENKERL, Dr., quater per hebd. diebus Lun. Mart. Jov. et Ven. h. V—VI *Theoriam de rationali rerum rusticarum organisatione et de earum adaequata aestimatione;* quater per hebd. iisdem diebus h. XII—I Doctrinam de *pecudum pastu*; publice ter per hebd. horis commodis *Technologiam oeconomicam* tradet. — Excursiones ad Theoriam illustrandam spectantes instituet.

M. A. STERN, Dr., tradet: *Mechanicen analyticam* quater per hebd. h. X; *Analysin algebraicam* praemissa introductione de notionibus arithmetices fundamentalibus quinquies per hebd. h. XI. — In seminario physico-mathematico exercitationes mathematicas moderabitur die Merc. h. X.

THEODORUS BENFEY, Dr., h. IV—V diebb. Lun. Mart. Jov. et Ven. tradet *linguarum indogermanicarum* praecipuarum, sanscritae, graecae, latinae, et germanicae *Grammaticam comparativam*: h. V—VI diebb. Lun. Mart. et Merc. *Grammaticam linguae sanscritae.*

GUILIELMUS WICKE, Dr., eam *Chemiae* partem docebit, quae ad *agriculturam* pertinet, bis per hebd. — Idem chemicas exercitationes in usum agriculturae studiosorum instituet.

HENRICUS BRUGSCH, Dr., publice *monumenta aegyptiaca* explicabit die Merc. h. VI—VII. — Privatim *grammaticam hieroglyphicam* docebit et selectas inscriptiones explicabit ter per hebd. hora definienda.

THEODORUS MÜLLER, Dr., publice *Molerii Tartuffium* sermone francogallico explicabit, diebb. Lun. et Jov. h. XII—I; privatim *Shakespearii Macbethum* interpretabitur diebb. Mart. et Ven. h. XII—I; *Grammaticam linguae anglicae* docebit, *adjunctis exercitationibus practicis* diebb. Lun., Mart., Jov. et Ven. h. VI—VII vespertina; *Exercitationes francogallice loquendi et scribendi* instituet diebb. Mart., Merc., Ven. et Sat. h. IX—X.

GUILIELMUS KEFERSTEIN, Dr. Med., *Zoologiam generalem et spe-*

cialem quater per hebd. diebus Lun. Mart. Merc. et Jovis h. III—IV tradet. *Exercitationes practicas zoologicas et zootomicas* in Museo zoologico diebus Lunae et Martis h. IX—XII moderari perget. Seminarii physico-mathematici sodalibus *Exercitationes zoologicas* die Martis h. XI—XII offert.

ERNESTUS SCHERING, Dr., publice seminarii mathematico-physici sodalibus *Metrologiam et theoreticam et practicam in Observatorio astronomico* exponet. — Privatim *theoriam mathematicam electricitatis et in statu et in motu* quater per hebd. h. IV tradet.

AUGUSTUS CLEBSCH, Dr., publice *Geometriae* capita selecta explicabit, semel per h. — Privatim *Geometriam analyticam* tradet quinquies p. h.

* * *

HENRICUS EWALD, Dr., h. X. *Psalmos* caeterasque Veteris Testamenti odas explicabit. Publice h. II lectiones *orientales* iis dabit quorum intererit.

SCHOLAE EXTRAORDINARIAE.
ORDINIS THEOLOGORUM.

GEO. CHN. RUD. MATTHAEI, Dr., *Symbolicam ecclesiae Lutheranae* tradet dieb. Lunae et Mart. h. II, *Symbolicam comparatam* dieb. Jovis et Ven. h. II.

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., *tria priora Evangelia* interpretabitur quinis p. h. lectionibus h. IX—X.

ORDINIS IURISCONSULTORUM.

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., ter p. h. *Civile practicum* instituet h. III—IV; *historiam juris universi fontium* publice tradet binis p. h. scholis h. IV—V.

RUDOLPHUS SCHLESINGER, Dr., quinquies per hebd. h. IX—X *Jus obligationum* docebit; quinquies per hebd. h. XII—I *Doctrinam de hereditatibus* tradet, adhibito in utrisque his scholis libro Arndtsiano „Lehrbuch der Pandekten"; diebus Lunae et Mercurii h. III—IV *scholas exegeticas* instituet, diebus Martis et Veneris h. III—IV *legem cambialem Germanicam* interpretabitur.

FERDINANDUS FRENSDORFF, Dr., *Jus publicum Germaniae* quinquies per hebdom. h. XI—XII, *Jus gentium* ter per hebd. h. XII—I tradet.

P. BREMER, Dr., *jus agrarium* tradet ter p. h. h. V—VI. *Digestorum partem generalem* exponet ter h. XI—XII. *Digestorum selectas leges* disputando interpretabitur bis h. VI—VII.

ORDINIS MEDICORUM.

E. F. G. HERSBT, Dr., *Physiologiam generalem et specialem* tradet eandemque experimentis et demonstrationibus microscopicis illustrabit, sexies per hebdomadem h. X—XI.

A. KRAEMER, Dr., *Diagnosticen physicam*, adjunctis exercitationibus practicis, dieb. Lun. Mercur. et Vener. h. VIII, *Pathologiam* et *Therapiam* morborum cutis dieb. Mart. et Jov. h. VIII, *Doctrinam de fasciis vincturisque chirurgicis* ter p. h. horis commodis docebit. Privatissime Exercitationes microscopicas instituet.

GUIL. KRAUSE, Dr., tradet *Anatomiam pathologicam* d. Lunae, Merc. Jov. et Saturni h. III—IV, *Medicinam forensem* die Merc. h. V—VI et d. Saturni h. IV—V. — *Mechanicen articulationum corporis humani* d. Saturni h. X—XI. publice docebit. — *Exercitationes microscopicas* in instituto pathologico sueto more continuabit.

SCHWEIGGER, Dr., privatim *Clinicam opthalmiatricam* quinquies per hebd. hora II — III; *Pathologiam et Therapiam morborum oculi* quater per hebd. hora III—IV tradet.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

H. A. L. WIGGERS, Dr., *Pharmaciam* tradet hora matutina VIII—IX, sexies per hebdomadem.

CAROLUS BOEDEKER, Dr., *Exercitationes practicas* in laboratorio physiologico-chemico horis VIII—XII et II—IV quinquies per hebd. moderari perget.

FR. GUIL. UNGER, die Martis h. V. publice *de arte saeculo XV. in Italia renata* disseret.

EDUARDUS KRÜGER, Dr., Historiam *musicae recentioris* enarrabit horis binis d. Mercurii et Saturni XII. *Rhetoricae* artis rudimenta docebit d. Lunae et Jovis h. IV. *Paedagogicae* artis historiam tradet d. Martis et Veneris h. IV.

ALBERTUS PEIP, Dr., *historiam philosophiae universam* enarrabit quinis p. hebd. scholis h. V—VI; *religionis philosophiam* docebit quaternis p. hebd. scholis h. III—IV; in *societatibus philosophicis* h. VI—VIII vesp. d. Martis potiora philosophiae antiquae et recentioris systemata summatim repetet, d. Veneris Aristot. Metaph. libr. I explicabit.

CAROLUS DE SEEBACH, Dr., *Palaeontologiam* tradet quinquies per hebd. h. IX—X; privatissime sed gratis *exercitationes* practicas tam ad petrographiam quam ad palaeontologiam spectantes diebus Mart. Merc. et Jov. hor. X—II sueto more moderari perget.

GUILELMUS KLINKERFUES, privatim *astronomiae theoricae* doctrinas tradet diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris hora XII—I; publice cum se-

minarii physico-mathematici sodalibus hora commoda observationes astronomicas instituet.

L. DE USLAR, Dr., *Chemiam pharmaceuticam* tradet quater p. hebd.; *Pharmaciam* in usum medicinae studiosorum *docebit* diebus et horis postea indicandis.

GUIL. HENNEBERG, Dr., privatim de *animalium domesticorum nutritione* disseret diebus Merc. et Sat. h. XI—I.

RUDOLPHUS FITTIG, Dr., tradet *Chemiam organicam generalem* quater per hebd., diebus Lun. Mart. Merc. et Jov. h. XII—I; *Chemiam organicam in usum medicinae studiosorum* bis per hebd. diebus Mart. et Vener. h. III—IV.

F. KOHLRAUSCH. Dr., in laboratorio physico *Exercitationes practicas* moderabitur; *Indroductionem in Praxin physicam* docebit dieb. Jov. et Ven. h. V—VI; *Seminarii mathematico-physici* sodales observationibus physicis instituendis exercebit.

ERNESTUS MOLLER, Dr., *Paedagogicae* artis elementa (paedagogicen generalem) exponet ternis p. h. lectionibus diebus Lunae, Martis, Jovis hora IV—V. — *Metaphysicam* docebit quaternis lectt. diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris hora XI—XII. — *Aristotelis* et *Platonis* de re *paedagogica* sententias adumbrabit et comparabit publice die Mercurii hora III—IV. — Societatem paedagogicam moderari perget.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* docebit, dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni h. matutinis VIII—XII et horis pomeridianis (excepto d. Saturni) III—IV.

EDUARDUS HILLE, Mus. Acad. Dir., *Harmonicen* et *theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae Singakademie et Orchesterspielverein vocantur, invitat.

LUDOVICUS LUELFING, Dr., privatim hora VIII—IX sexies per hebdom. *Anatomiam et Physiologiam animalium domesticorum*, item *Hippologiam* et *Boologiam* docebit. — Publice horis commodis *equorum ungulas ferrandi* tradet.

SCHOLAE PRIVATIM DOCENTIUM.

ORDINIS THEOLOGORUM.

AUG. KLOSTERMANN, lic. theol., *theologiam Vet. Testamenti* quinis per hebd. scholis tractabit hora X, *librum Jobi* quaternis per hebd. scholis h. XI interpretabitur.

THEODORUS ZAHN, lic. theol., quinis p. h. scholis hora IX—X *Pauli ad Corinthios epistolas* interpretabitur.

EX COLLEGIO REPETENTIUM.

Collegii repetentium sodales exercitationes exegeticas, historicas, systematicas sueto more die Lunae h. VI vespertina moderabuntur.

HACHFELD, libros *Samuelis* binis horis cursim explicabit.

JULIUS WELLHAUSEN, epistolas *Jacobi, Judae, Petri* binis horis interpretabitur postea statuendis.

ORDINIS IURISCONSULTORUM.

F. B. GREFE, Dr., tradet *jus hanoveranum,* quinquies per hebd. h. I—II.

RUDOLPHUS SOHM, Dr., *Jus mercaturae et cambiorum* tradet quinquies per hebd. h. XI—XII; publice *speculum Saxonicum* interpretabitur d. Saturni h. XI—XII.

ORDINIS MEDICORUM.

CH. F. E. STROMEYER, Dr., *Pharmaciam* et *Chemiae Theoreticae* singulas partes privatissime docebit.

R. WIESE, Dr., *Theoriam auscultationis et percussionis* quater per hebdomadem tradet adjunctis exercitationibus practicis.

C. F. LOHMEYER, Dr., *Ophthalmologiam* quater p. h. hora VIII—IX; *Chirurgiam generalem* quinquies p. h. hora III—IV tradet.

E. EHLERS, Dr., *Historiam naturalem generis humani* adhibita craniorum iconumque supellectile Blumenbachiana tradet (etiam in eorum usum, qui medicinae operam non dant) d. Lun. Jov. Sat. h. XI—XII. — *Histologiae comparatae capita selecta* semel per hebd. gratis tractabit. — *Exercitationes microscopicas* sueto more instituet.

THEODORUS HUSEMANN, Dr., privatim *Pharmacologiam* demonstrationibus pharmacognosticis illustratam conjunctis exercitationibus formulas medicas rite concinnandi quinquies per hebdomadem hora IV—V docebit. *Repetitorium ad materiam medicam spectans* sueto more h. V—VI vel alia hora audituris commoda instituet.

GUILIELMUS MARMÉ, Dr., *Toxicologiam* experimentis illustratam ter per hebd. dd. Lunae, Martis et Jovis hora IV et *Electrotherapiam* semel per hebd. eadem hora die Mercurii privatim docebit, gratis tradet *Toxicologiae selecta capita* semel per hebd. die Jovis hora VI. — Exercitationes pharmacologicas nec non toxicologicas in instituto physiologico moderabitur horis commodis.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

JULIUS TITTMANN, Dr., Ord. phil. Assessor, *Historiam literarum elegantiorum apud Germanos* privatim docebit hor. X; *De fabulis Germanorum heroicis* gratis disseret bin. schol. h. V.

S. LANTZIUS-BENINGA, Dr., Ord. phil. Assessor, *Physiologiam* et *Anatomiam plantarum* et *elementa Botanices systematicae* dieb. Lun., Mart., Jovis et Vener. hor. V — VI vel aliis horis commodis tradet et demonstrationibus microscopicis die Sat. hora X—XI illustrabit. Repetitorium ad Botanicen generalem et specialem spectans horis commodis habebit. Privatissima offert.

THEOD. WÜSTENFELD. Dr. ph.. Ord. phil. Assessor, *Historiam Italiae* inde ab initio medii aevi quaternis scholis per hebd. diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora X—XI gratis leget.

LUDOVICUS ADOLFUS COHN, Dr. phil., *Historiam aevi recentioris* usque ad pacem, quae dicitur guestfalica, tradet diebus Martis et Lunae hora VI — VII. — *Exercitationes diplomaticas practicas* instituet diebus Mercurii et Saturni hora XI — XII.

A. ENNEPER, Dr., tradet *Theoriam functionum ellipticarum*, quinquies p. hebd. hora IX.

H. HÜBNER, Dr., I. Privatim *Chemiam organicam* tradet quater per hebd. diebus Mart., Vener. h. XII—I. II; *Systemata chemiae* tam antiquiora quam recentiora inter se comparabit d. Lun. h. XII — I.

CAROLUS HATTENDORFF, Dr., privatim *Calculum infinitesimalem* tractabit *ad geometriam superiorem applicandum* quaternis lectionibus hora VIII, *theoriam aequationum differentialium* tradet quinis lectionibus hora IX, *de serie hypergeometrica* gratis disseret binis lectionibus hora IV.

J. DEDE, Dr., privatim quaternis scholis *disciplinarum et artium ad res civiles pertinentium encyclopaediam* tradet dieb. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. IX—X; gratis *rerum civilium administrandarum rationem* explanabit d. Saturni h. IX—X.

GUSTAVUS FERDINANDUS MEYER, Dr., tradet *Calculum differentialem atque integralem* quinquies p. hebd. hora XI—XII; *Geometriam analyticam* quater per hebd. h. III—IV.

BERNH. MINNIGERODE, Dr., privatim Capita selecta *physices theoreticae* quater p. h. tradet.

ERNESTUS STEINDORFF, Dr., *res Germanicas reformationis aevo gestas* tradet ternis horis IX—X. — *Exercitationes historicas* semel per hebdomadem instituendas gratis offert hora posthac definienda.

GUSTAVUS DRECHSLER, Dr., privatim tradet *de opere rustico recte instituendo et administrando doctrinam* hor. def.; *Exercitationes oeconomicas* instituet horis definiendis.

A. LESKIEN, Dr., *grammaticam linguae Latinae cum Osca et Umbra comparatae* docebit dieb. Lunae, Martis, Jovis et Veneris h. XII—I; gratis *linguam Lituanicam* docebit dieb. Martis et Veneris h. IV—V; commilitonibus, si qui *linguam Palaeobulgaricam* (Slavico-ecclesiasticam) discere volent, privatissime exercitationes habendas offert.

D. PEIPERS, Dr., phil. 1) historiam philosophiae antiquae secundum *Überwegii* lineamenta historiae philosophiae antiquae (Grundriss der Geschichte der Philosophie des Alterthums 3te Auflage) enarrabit d. d. Lunae, Martis, Jovis, Veneris hora X. 2) Societatis philosophicae sodalibus Platonis Theaetetum interpretandum proponet.

OTTO BENNDORF, Dr., privatim *Chorographiam Atticae* enarrabit urbis Athenarum monumenta accuratius describens ternis p. h. scholis h. IV—V; gratis *urbem* et *antiquitates Pompeiorum* tractabit d. Saturni h. XII—I.

Musicam, *artem delineandi*, *linguas et literas* cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Saltandi* et *armorum tractandorum artes* magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DISCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
8–9	Hist. eccl. (6) *Duncker.* Patrist. (1) *Wagenmann.* Hist. eccl. (5) *idem.*	I. priv. Germ. (6) *Thöl.* I. priv. Germ. (6) *Dove.*	Sch. clin. (4) *Schwartz.* Cors. oper. (2) *idem.* Diag. phys. (3) *Kraemer.* Path. morb. cut. (2) *idem.* Ophth. (4) *Lohmeyer.*	Hist. univ. (4) *Waitz.* Pharm. 6 *Wiggers.* Anat. et phys. an. dom. (6) *Luelfing.* Calc. infin. (4) *Hattendorf.*
9–10	Exercc. lit. (1) *Schöberlein.* Pauli Ep. ad Rom. (5) *Wiesinger.* Patr. (1) *Wagenmann.* Ev. Joh. (5) *Gess.* Ev. tria pr. (5) *Luenemann.* Pauli Ep. ad Cor. (5) *Zahn.*	D. Pand. *Francke.* I. priv. Germ. (2) *Thöl.* I. priv. Germ. (2) *Dove.* I. comm. (4) *idem.* I. oblig. (5) *Schlesinger.*	Chem. (6) *Woehler.* Exercc. ch. clin. (6) *Baum.*	Dem. plant. (1) *Bartling.* Tyrt. El. (1) *de Leutsch.* Antiqq sacr. (4) *Sauppe.* Exercc. fr. Gall. (4) *Müller.* Exercc. zool. (2) *Keferstein* Palaeont. (5) *de Seebach.* Theor. funct. ell. (5) *Enneper.* Theor. aeq. diff. (5) *Hattendorf.* Encycl. civ. art. (4) *Dede.* Rer. adm. rat. (1) *idem.* Ref. Germ. (3) *Steindorff.*
10–11	Sem. hom. (1) *Ehrenfeuchter.* Sem. hom. (1) *Wiesinger.* Theol. V. T. (5) *Klostermann.*	Hist. i. Rom. *Ribbentrop.* Hist. iur. Germ. (5) *Kraut.* I. crim. (6) *Zachariae.*	Hist. bot. (1) *Grisebach.* Sch. clin. (6) *Hasse.* Phys. P. II. (5) *Meissner.* Phys. (6) *Herbst.* Mech. art. corp. (1) *Krause.*	Geom. anal. *Ulrich.* Capill. (1) *idem.* Arist. Ran. (4) *de Leutsch.* Genes. (6) *Bertheau.* Sel. carm. Germ (3) *Müller.* Mech. anal. (4) *Stern.* Exercc. math. (1) *idem.* Exercc. zool. (2) *Keferstein.* Psalm. (6) *Ewald.* Exercc. pal. (3) *de Seebach.* Hist. lit. Germ. (4) *Tittmann.* Dem. bot. (1) *Lantzius-Beninga.* Hist. Ital. (4) *Wüstenfeld.* Hist. phil. ant. (4) *Peipers.*
11–12	Sem. hom. (1) *Ehrenfeuchter.* Sem. hom. (1) *Wiesinger.* Intr. in N. T. (5) *Ritschl.* Job. (4) *Klostermann.*	D. Pand. *Francke.* Proc. crim. Germ. (5) *Zachariae.* I. publ. Germ. (5) *Frensdorff.* Dig. part. gen. (3) *Bremer.* I. merc. et camb. (5) *Sohm.* Spec. Saxon. (1) *idem.*	Osteol. et Synd. (3) *Henle.* Sch. clin. (6) *Hasse.* Hist. nat. gen. hum. (3) *Ehlers.*	Psychol. (3) *Bohtz.* Sem. phil. Disp. (1) *de Leutsch.* Theogn. Hell. (2) *idem.* Intr. in V. T. (5) *Bertheau.* Log. et encycl. (4) *Lotze.* Mineral. P. II. (4) *de Waltershausen.* Exercc. phys. (1) *Listing.* Symb. (1) *Wieseler.* Lucret. (2) *Sauppe.* Sem. phil. disp. (1) *idem.* Sem. paedag. (2) *idem.* Anal. alg. (5) *Stern.* Exercc. zool. (2) *Keferstein.* Sem. phys. math. (1) *idem.* Exercc. pal. (3) *de Seebach.* An. dom. nut. (2) *Henneberg.* Metaph. (4) *Moller.* Exercc. dipl. (2) *Cohn.* Calc. diff. (5) *Meyer.*
12–1	Introd. in st. theol. (2) *Ehrenfeuchter.* Apol. Chr. (4) *idem.* Introd. in dogm. (2) *Schoeberlein.* Dogm. ch. (4) *idem.* Theol. P. II. (5) *Ritschl.* Eth. theol. (5) *Gess.*	Inst. iur. Rom. *Ribbentrop.* Ius eccl. (5) *Kraut.* Hist. const. Germ. (4) *Zachariae.* D. de hered. (5) *Schlesinger.* I. gent. (3) *Frensdorff.*	Anat. P. I. (6) *Henle.*	Sem. phil. disp. (1) *de Leutsch.* Sem. arch. (1) *Wieseler.* Hist. dr. Gr. (4) *idem.* Symbol. (2) *idem.* El. doct. stat. (1) *Wappäus.* Geogr. Amer. (4) *idem.* Sem. phil. disp. (1) *Sauppe.* Pecudum past. (4) *Griepenkerl.* Mol. Tart. (2) *Müller.* Shak. Mach. (2) *idem.* Hist. mus. rec. (2) *Krüger.* Exercc. pal. (3) *de Seebach.* Astr. theor. (4) *Klinkerfues.* An. dom. nutr. (2) *Henneberg.* Chem. organ. (3) *Fittig.* Chem. organ. (4) *Huebner.* Syst. chem. comp. (1) *idem.* Gramm. Lat. (4) *Leskien.* Urb. et ant. Pomp. (1) *Benndorf.*

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURISCONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
1–2		I. Hannov. (5) *Grefe.*		Exercc. pal. (3) *de Seebach.*
2–3	Ep. ad Gal. (2) *Wiesinger.* Symb. Luth. (2) *Matthaei.* Symb. comp. (2) *idem.*		Chir. P. II (1) *Baum.* Anat. top. (3) *Henle.* Clin. ophth. (5) *Schweigger.*	Veg. crypt. hist. (4) *Bartling.* Ling. aeth. et syr. *Bertheau.* Lucret. (1) *Sauppe.* Terent. (4) *idem.* Lectt. orient. *Ewald.*
3–4	Exercc. cat. (1) *Ehrenfeuchter.* Theol. pr. P. 1 (4) *idem.* Hist. eccl. (5) *Duncker.*	Hist. proc. civ. (3) *Hartmann.* Civ. pr. (3) *Wolff.* Sch. exeg. (2) *Schlesinger.* Leg. camb. int. (2) *idem.*	Tocol. (5) *Schwartz.* Anat. path. (4 *Krause.* Path. et Th. oc. morb. (4) *Schweigger.*	Hist. poes. lat. (4) *de Leutsch.* Hist. liter. Germ. (5) *Müller.* Theor. oecon. nat. (4) *Helferich.* Zool. gen. et sp. (4) *Keferstein.* Rel. phil. (4) *Peip.* Chem. org. gen. (2) *Fittig.* Arist. et Pl. paed. (1) *Moller.* Geom. anal. (4) *Meyer.*
4–5	Symb. ch. (5) *Schöberlein.* Hist. dogm. (5) *Wagenmann.*	Doct. proc. civ. (4) *Briegleb.* Proc. pr. (2) *Hartmann.* Rel. (2) *idem.* Hist. iur. font. (2) *Wolff.*	Anat. pl. (4) *Grisebach.* Path. et Ther. (5) *Hasse.* D. san. publ. (3) *Meissner.* Psych. (1) *Meyer.* Dem. cl. (2) *idem.* Med. for. (1) *Krause.* Rep. mat. med. (1) *Husemann.* Toxicol. (3) *Marmé.* El. (1) *idem.*	Calc. int. *Ulrich.* Aesth. (4) *Bohtz.* Hist. rec. (4) *Havemann.* Hist. Germ. (5) *Waitz.* Psychol. (4) *Lotze.* Chryst. (4) *Listing.* Gramm. comp. (4) *Benfey.* D. electr. math. (4) *Schering.* Rhet. rudim. (2) *Krueger.* Paed. hist. (2) *idem.* Paedag. El. (3) *Moller.* Ser. hyperg. (2) *Hattendorf.* Ling. Lith. (2) *Leskien.* Chorogr. Att. (3) *Benndorf.*
5–6	Exercc. cat. (1) *Wiesinger.*	Pand. capp. (3) *Ribbentrop.* Doct. proc. civ. (4) *Briegleb.* Proc. pract. (2) *Hartmann.* Rel. (2 *idem.* I. agrar. (3) *Bremer.*	D. de rem. eff. (5) *Marx.* Hist. chir. (1) *Baum.* Op. chir. (4) *idem.* Phytog. (2) *Grisebach.* Morb. psych. (1) *Meyer.* Psych. (1) *idem.* Dem. cl. (2) *idem.* Med. for. (1) *Krause.* Pharm. (5) *Husemann.*	Phys. P. II (3) *Weber.* Hist. phil. P. II (5) *Ritter.* R. financ. (5) *Helferich.* Theor. org. rust. (4) *Griepenkerl.* Gr. ling. sanscr. (3) *Benfey.* Art. It. s. XV (1) *Unger.* Hist. phil. univ. (5) *Peip.* Intr. in pr. phys. (2) *Kohlrausch.* Fab. Germ. her. (2) *Tittmann.* Phys. et An. pl. (4) *Lantzius-Beninga.*
6–7	Cant. eccl. (1) *Schöberlein.* Soc. symb. (1) *idem.*	Dig. leg. sel. (2) *Bremer.*	Chir. P. II (5) *Baum.* Toxic. capp. sel. (1) *Marmé.*	Phys. P. II (3) *Weber.* Geol. (4) *de Waltershausen.* Obs. comp. (1) *Listing.* Mon. aegypt. (1) *Brugsch.* Gramm. angl. (4) *Müller.* Soc. phil. (1) *Peip.* Hist. rec. (2) *Cohn.*
7–8	Soc. symb. (1) *Schöberlein.*			Soc. phil. (1) *Peip.*

Laboratoria chemica Woehleri, Wickii, Boedekeri, physiologicum Meissneri, Theatrum anatomicum, Observatorium astronomicum et alia id genus instituta per totum fere diem studiosis patent.

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

PRORECTOR

GEORGIUS WAITZ D.

CUM SENATU

SUCCESSOREM IN SUMMO MAGISTRATU ACADEMICO

HENRICUM THOEL D.

CIVIBUS SUIS

HONORIS ET OFFICII CAUSA

COMMENDAT.

Inest

ERNESTI DE LEUTSCHIO *Additamentorum ad Lud. Disseni in Pindari Carmina Commentarium specimen quartum.*

GOTTINGAE MDCCCLXVIII.

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

Summum magistratum academicum per biennium sine offensa gestum, quod ipsum non dubium est quin certissimum perennaturae felicitatis augurium habere debeamus, his Calendis Septembribus excipit communibus collegarum suffragiis creatus et suprema auctoritate approbatus e Prudentum ordine Vir consultissimus

HENRICUS THOEL,

quem quidem utilitatis publicae et Vestrorum commodorum studiosissimum futurum esse eo fidentius speramus, quo amantiorem veri, recti, aequi diu eum novimus: harum autem virtutum observantia cum Vestra salus contineatur, agite, operam enixissime date, ut eius amorem obsequio atque comitate Vestra demereamini et hac via incedentes rerum nostrarum prosperitatem, quantum in Vobis est, sartam tectamque tueamini.

Accedimus ad Pindari carmen Nemeum quintum. Quam graviter Dissenus in enodanda sententia primaria, quae carmini subest, erraverit, ingeniose quidem Heimsoethius aperuit in Ritschl. et Welek. Mus. Rhen. T. V, p. 21 sqq., sed quae ipse protulit, mihi non videntur extra omnem posita esse dubitationem, quamvis eis insistat Leopoldus Schmidtius Pind. Vit. et Scriptt. p. 117 sqq. Res haec est. Carminis fabula tres partes habet: prima Aegina laudibus effertur vss. 9—13: eodem modo Syracusarum laudes propositae c. Nem. I, 13—18, ubi cf. annotationem meam; altera vss. 14—21 a Pindaro poeta

quidam lyricus carpitur, qui in victoria Aeginetae alicuius celebranda fabulam de Phoci nece tractasse videtur; eodem artificio Pindarus Olymp. I, 52 sqq. usus est, ut alio loco accurate ostendam; tertia denique vss. 22—39 domesticum idque gravissimum Pelei exemplum Pytheae victori eiusque sodalibus ad imitandum proponitur, quippe quod praemiis amplissimis verae virtutis studium a deis rependi praeclare doceat. Iam aptissime trium iuvenum laudes ita subiunguntur, ut Pytheas Euthymeni exemplum proponatur, Themistius vero Pytheae. Ex his nonnulla accuratius persecutus sum in Ritschl. et Welck. Mus. Rhen. T. XVII, p. 368 sqq., quibus adiungas velim quae praeclare de hoc carmine Rauchensteinius disputavit Musei Helvet. Nov. T. III, p. 243 sqq.

Pag. 412.

critt. —] Pronomen *μ'* ante v. *ἐργάζεσθαι* eiciendum esse T. Mommsen. docet ad Scholl. Germ. p. VII et ad h. l.: add. quae ego scripsi in Ephem. Gotting. a. MDCCCLXI, nr. 39, p. 1545. — *ἐργάζεσθαι*, de opere poetico, v. Isthm. II, 46.

Aegina.] De arte statuaria, qua tum Aeginetae excellerent, non esse cogitandum Heimsoeth. l. c. p. 22 recte monuit: tale quid si voluisset poeta, rem quandam arti Aegineticae propriam distincte significare debuisset. Cum Disseno tamen facit Goram Philol. T. XIV, p. 497.

scirent. —] *στεῖχ' incede*. de incessu solemni, gravi: Verg. Aen. I, 690 *et gressu gaudens incedit Iuli.* Ceterum de itinere maritimo, quo carmina insulanis scripta exornari solent, v. Goram. l. c. p. 496.

Pag. 413.

στέφανον. —] De imperfecti *νίκη* forma v. Ahrens. D. Dor. p. 195: de significatione Boeckh. ad Corp. Inscr. Gr. T. I, n. 212 sqq.: versum Simonidis, Ep. CCXII, 1 Schneid., ubi *νικῷν* legebatur, Bergkius correxit; denique de structura *νικᾶν στέφανον* v. Wunderi censur. Aiac. Soph. a Lobeck. edit. p. 52 sqq. et quae ad Pind. Nem. I, 67 in horum Additam. Specim. I, p. 7 annotavimus.

quidem.] Veterum grammaticorum de hoc loco sententias referunt scholl. ad h. l., 10: *ἀλληγορεῖ βουλόμενος σημῆναι τὸν ἀγένειον ἀπὸ τῆς κυπριζούσης*

ἀμπέλου. ἡ δὲ ὀπώρα οὐκ ἔστι τῆς οἰνάνθης μήτηρ, ἀλλὰ τοὐναντίον· προανθεῖ γὰρ πρῶτον, εἶτα ὀπώρα γίνεται. χρῆται δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀναστροφῇ συνηθῶς, ὡς· Ἁσυχία [Nem. IX, 48, ubi v. Scholl.] *φιλεῖ μὲν συμπόσιον· οὐ γὰρ ἡ ἡσυχία φιλεῖ τὸ συμπόσιον, ἀλλὰ τὸ συμπόσιον τὴν ἡσυχίαν. Δίδυμος δὲ βέλτιόν φησι μὴ τὸν καρπὸν, ἀλλὰ τὴν ὥραν ἀκούειν, καθ' ἣν ὁ καρπὸς ὁμώνυμος πεπαίνεται. ὅτι δὲ καλοῦσι τὸν καρπὸν ὀπώραν, Ὅμηρος* [excidit *δηλοῖ*; locus est Odyss. ξ, 384]. *Καὶ φάτ' ἐλεύσεσθαι ἢ ἐν θέρει ἢ ἐν ὀπώρῃ* [de hac formula v. quae scripsi Philol. X, p. 706]. *θέλει οὖν λέγειν, ὅτι οὔπω καιρὸν τοῦ γενειάσκειν ἔχων. οἰνάνθην γὰρ κατὰ μεταφορὰν* [cf. Goram l. c. p. 261] *τὸν ἴουλον εἴρηκε, τουτέστι τὴν πρώτην τῶν γενειάδων ἀνάφυσιν· μήτηρ δὲ τοῦ γενειάσκειν γίνεται ἡ ὥρα* [probat Didymi rationem Maur. Schmidt. Didymi Chalc. frr. p. 233]. §. *ὁ δὲ νοῦς· οὐδέπω ἐν τῇ γενειάδι δεικνὺς τὴν ἁπαλὴν ὥραν καὶ ὀπώραν, τουτέστιν οὐδέπω γενειάσκων.* §. *τὸ δὲ σχῆμα περίφρασις ἐξ ἀλληγορίας· τῆς ἁπαλῆς οἰνάνθης τὴν μητέρα ὀπώραν φαίνων, ὅπερ ἐστὶν ὥραν ὡς Ὅμηρος* [Od. μ, 76]. *Οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρῃ ἀντὶ τοῦ τῷ ὀπωρινῷ καιρῷ.* Etiam nostrae aetatis interpretes in diversas partes abierunt: ieiunum Pauwii inventum *οἰνάνθαν ὀπώρας* Rauchenstein. Jahn. Ann. phil. et paedag. LXXVII, p. 243. Philol. XIII, p. 436 coll. p. 259 et Leop. Schmidt. l. c. p. 129 miro amore amplexi sunt: etiam Bergkius corruptela laborare locum censet et sententiam in tertia Lyricorum editione hisce verbis declarat: „si Pindarus *ματέρα οἰνάνθας ὀπώραν* dixisset, culpandus esset: nam dici debebat *οἰνάνθας ὀπώρας*. atque id ipsum postea scripsit Hartung., cui frustra adversatus Friederichs [Philol. T. XV, p. 36. Pindar. stud. p. 24]. Sed *ματέρ'* est *ματέρι* vel potius ipsum *ματρὶ* restituendum, quod suaviter et *ἐν ἤθει* adiecit, cf. Pyth. VIII, 85: *οὐδὲ μολόντων πὰρ ματέρ' ἀμφὶ γέλως γλυκὺς ὦρσεν χάριν. Οἰνάνθας ὀπώρα* est quod Euripides dixit Phoen. 1160: *ἄρτι δ' οἰνωπὸν γένυν καθῃμάτωσεν, οὐδ' ἀποίσεται βίον τῇ καλλιτόξῳ μητρί.*" Sed iota dativi singularis tertiae declinationis apud Pindarum elidi certis exemplis probari nequit: v. T. Mommsen. Supplem. annot. cr. p. 111: tum ad v. *γένυσιν* attendendum, quod ad hominum rationes vv. *οἰνάνθας* et *ὀπώραν* transferenda esse tam aperte docet, ut aliter quam de tenerrimo iuventutis flore v. *ὀπώρα* intelligi nullo modo possit. Quae si tenes, versus hilari totius periodi magniloquentiae congruus fit. — De adiectivi *τέρειναν* collocatione cf. Olym. VII, 13 ibique annot.

aditione. —] *Ἐκ — ἀπὸ*, praepositionum varietate oratio ornata, v. sup. vs. 2: Nem. VI, 54: add. Theogn. 247 *Κύρνε, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος ἠδ' ἀνὰ νήσους*, Soph. Elect. 574 *οὐ γὰρ ἦν λύσις Ἄλλη πρὸς οἶκον οὐδ' εἰς Ἴλιον*, Herod. IX, 78 fin. *ἔπαινον ἕξεις πρῶτον μὲν ὑπὸ πάντων Σπαρτιητέων, αὖθις δὲ καὶ πρὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων*, Thucyd. I, 63, 1, in Pisonis oratione Tac. Hist. I, 30 *sed perinde a nobis donativum ob fidem quam ab aliis pro facinore accipietis*: alia v. apud Draegerum de synt. et stil. Tac. p. 36.

κατελέγχειν,] v. ann. ad Nem. III, 16.

Pag. 414.

202. —] *τὰν*, de transitu per simplex pronomen v. infr. 37. — *ναυσικλυτάν*, Bergkius *ναυσὶ κλυτάν*, vulgarem scribendi rationem tuetur T. Mommsen. Suppl. crit. ann. p. 163. — *θέσσαντο*, verbi originem et significatum explicare studet G. Curtius Etym. Gr. Lin. I, p. 220. — *βωμὸν*, in monte Hellenio Aeginae insulae exstructum: Scholl. ad h. l., 17: *Ἑλλήνιος δὲ Ζεὺς τιμᾶται ἐν Αἰγίνῃ παρὰ τῷ οὕτως Ἑλληνίῳ ἀκρωτηρίῳ καλουμένῳ. φασὶ γὰρ αὐχμοῦ ποτε πιέζοντος τὴν Ἑλλάδα, ἔνιοι δὲ κατακλυσμοῦ, συνελθόντας τοὺς Ἕλληνας καθικετεῦσαι τὸν Αἰακὸν ὡς ὄντα παῖδα Διὸς, ἐξαιτήσασθαι τῶν τότε συστάντων κακῶν τὴν ἴασιν. τοῦτον δὲ εὐξάμενον ἀποθεραπεῦσαι τὰ δεινὰ, καὶ οὕτω διὰ τὴν τῆς Ἑλλάδος σωτηρίαν Ἑλλήνιον παρὰ τοῖς Αἰγινήταις τετιμῆσθαι Δία*: add. Pausan. II, 31, 3. 4: nunc quoque eius arae pars exstare dicitur: v. *Ulrichs Reis. u. Forsch. in Griechenl.* T. 1, p. 21. — *πατέρος, ἐν ἤθει*, Aeacidae Iovis nepotes erant: alio modo infr. vs. 33 v. *πατὴρ* posita est. — *Ἑλλανίου*, de Iovis Hellenii cultu doctissime Welckerus Mythol. Graec. T. 1, p. 203 sqq. exposuit.

αἰτέω. —] *πίτναν*, de forma cf. Lobeck. ad Buttmanni Gr. Gr. II, p. 270: de manibus precantium elevatis C. Fr. Hermann. Antiqq. Gr. T. II, §. 21, 10. — *ἁμᾷ*, cum vi postpositum fraternam unanimitatem declarat, v. Rauchenst. Mus. Helvet. l. c. p. 247. — *Ἐνδαΐδος*, eadem *Μενεδηΐς* vocatur, ut notat ex Scholl. ad Hom. Il. *Φ*, 185 Bergk. ad h. l.: de Endeide veterum narrationes composuerunt C. Mueller. Aegin. p. 22. Welcker. Opusc. T. III, p. 4. — *ἀριγνῶτες*, de accentu v. Lobeck. Paralipp. Gr. Gr. I, p. 181, cui T. Mommsenus et Bergkius obsecuti sunt. — *Φώκου*, ex more poetae subiectum in periodi

fine collocatum, v. Momms. Suppl. crit. ann. p. 146. — *ὁ τᾶς θεοῦ, ὃν . .*, dubitat de lectionis integritate propterea quod nomen *Ψαμάθεια* in secundum membrum reiectum sit, T. Mommsen. Ritschl. et Welck. Mus. Rhen. T. IV, p. 548: sed vulgatam defendit Heimsoeth. l. c. p. 22: vid. etiam infr. vs. 30 nomen *Ἀλάστου* similiter post v. *ἀκοίταν* illatum et Isthm. II, 21 sq. — *ἐπὶ . . πόντου*, Homerus *ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης*. — Iam de tota periodo addendum, ex Rauchensteinii sententia Philol. T. XIII, p. 259 proposita adhibitis E. Schmidii aliorumque conjecturis locum ita refingendum esse *πατρὸς θ' Ἑλλανίου . . . πίτναντές τ' αἰθέρι . . τ' εὔγνωτες υἱοὶ . .*: sed verbum finitum *πίτναν* verbo *θέσσαντο* per particulum *τε* subiunctum Pindaricae orationis tenori aptissimum: v. sup. vs. 5 *νίκη . . Φαίνων . . ἐκ δὲ . . ἐγέραρεν*: et duo nomina, quae v. *ἁμᾷ* sequuntur, etiam simplici *καὶ* a poetis copulantur, Homer. Od. I, 48 *οἵ σφιν γείτονες ἦσαν ἅμα πλέονες καὶ ἀρείους*, ib. *T*, 471.

aram.] Contra haec disputat Welcker. Myth. G. II, p. 210.

Pag. 415.

poetae.] G. Hermannus Epit. D. Metr. p. 254 *τ' οὐ μὴ* coniecit, *τι μὴ* ex Hartungi coniectura Bergkius in textum recepit. Me iudice recte Scholiasta ad h. l., 25 dixit: *αἰδοῦμαι καὶ φυλάττομαι, φησί, διηγήσασθαι μέγα τι καὶ οὐ δικαίως τετολμημένον καὶ πεπραγμένον*: vidit enim *μέγα* pro *μέγα τι* dictum esse, ut *μέγα εἰπών* Nem. VI, 30: cf. Matthiae Gr. Gr. p. 1081: hinc patet Pindarum cogitasse *καὶ εἰπεῖν τοιοῦτόν τι ὅτι μὴ ἐν δίκᾳ κεκινδυνευμένον ἐστί*, i. e. *rem magnam et quae non sit suscepta iure.* Ceterum miro modo fallitur Leop. Schmidt. l. c. p. 125 sq.

novissima.] Bergk. ad h. l. *ἀτρεκὲς* commendat, quo sententia evertitur.

Pag. 416.

dictionem.] Add. Dissen. ad Tibull. I, 8, 47.

69.] Add. Schneidew. ad Simon. Rell. p. 113. — Ceterum cave putes a Pindaro mendacium commendari. Loci vim neque Naegelsb. Theolog. Posthom. p. 240 perspexit, neque Welcker. Myth. Gr. T. II, p. 451.

Pag. 417.

413 a:] add. annott. ad Apostol. Provv. XVII, 62.

ludis.] Scholiastae rationem defendit Kraus. Hellen. I. 1, p. 393 sqq.

Pag. 419.

introductione. —] *μακρά μοι* | *Αὐτόθεν* ex optimorum codicum auctoritate Mommsen. scripsit. — Recte quidem Kayser. ad Philoctr. Gymnast. p. 88 Disseni explicationem reiecit: sed cum Pindarum h. l. saltum fecisse statuat, poetae mentem non videtur assecutus esse. Meliora proposuit Heimsoeth. l. c. p. 24. Pindarus enim dicit se non esse commoraturum in cruento facinore describendo: at contra si beatitas, inquit, cum opum laude et magnificentia coniuncta, si manuum robur et bellum ferreum praedicanda sunt, undecunque vel loca trans mare sita saliendo attingam, i. e. pro ingenii praeclari dotibus optimorum hominum virtutes ornabo carminibus. Unde etiam in eo Kayserum errasse patet, quod in hunc locum adversariorum Pindari mentionem infert: de sola ingenii vi poeta verba facit. Denique notandum est, hoc uno loco verba ad facultatem poeticam declarandam e saltus certamine petita ab poeta esse: nam Nem. VIII, 19 a cursu metaphora ducta est.

Cadmo.] Immo ut ego Psalychidis.

90. —] *Παλίῳ*, in quo apud Chironem Pelei nuptiae celebratae. Nem. III. 56. — *κάλλιστος*, ut de caelestium vita *ὄλβος κάλλιστος* dicitur, Isthm. III, 77. — *χορός*, qui etiam nunc passim in veterum artificum operibus conspicitur. v. C. O. Muelleri Archaeol. §. 393. 1. 2. Siebelis ad Pausan. V. 18. 1. — *χρυσέῳ*, Hom. h. in Apoll. 184 *τοῖο δὲ φόρμιγξ χρυσέου ὑπὸ πλήκτρου καναχὴν ἔχει.*

alia.] *διώκων*, bene Scholl. ad h. l., 42: *τὸ δὲ διώκων ἀντὶ τοῦ συνάπτων, κιθαρίζων τῷ πλήκτρῳ. διώκειν δέ φησιν αὐτὸν, τὸ τάχος ἐμφῆναι βουλόμενος τῆς πλήξεως*: exemplis supra allatis add. Simonid. fr. XLIII. 3 Schneid. *καμπύλον μέλος διώκων*. et cf. Pflugk. ad Eur. Hercul. Fur. 350. — *ἁγεῖτο*. Scholl. ad h. l., 42: *ἐξῆρχε πάσης μελῳδίας, τουτέστι νόμων μελῳδικῶν*. — V. *παντοίων* laudem continet. Arist. Equitt. 508 *ὦ παντοίας ἤδη μούσης πειραθέντες καθ' ἑαυτούς*, ubi v. scholia.

cecinerunt.] Sibi respondent *πρώτιστον μὲν* — *Πηλέα θ'*. — *Διὸς ἀρχόμεναι*. v. Nem. II init.

Pag. 420.

Acasti.] *ὡς ἄρα*, *ἄρα* ex lyricorum usu pro *ἄρα* dictum. *praeter exspec-*

tationem, Archil. fr. 74, 2 Bergk., Pind. Ol. VIII, 46. Pyth. IV, 78 c. ann. critt., Isthm. V, 55: est exclamantis.

ἀληθές. —] Scribe νιν. — παντὶ θυμῷ, i. q. ἐκ πάσης ψυχῆς, ex animi sententia, Hom. Il. H, 189 γήθησε δὲ θυμῷ, ubi Eustathius: ἀντὶ τοῦ ἐκ ψυχῆς καὶ οὐ κατά τι ἐπιπόλαιον καὶ προςποιητόν: add. ἅπαντι θυμῷ Aesch. Eumen. 730, ubi v. Abreschium.

videtur.] Ἀλγεινοὶ tentat Hecker. Philol. T. V, p. 449: sunt αἰπεινοὶ λόγοι *timendi*, periculosi, cf. ἀλευάμενος χόλον αἰπύν Hom. Il. O, 223 et similia. — τοῦ μὲν e Boeckhi coniectura exaratum; codd. enim τοῦ δὲ praebent: hinc G. Hermann. Opusc. T. I, p. 250 τοῖο δ' ὀργὰν coniecit, Rauchenstein. Pind. Specimen. I, p. 22 τοῦ δ' ἄρ', Bergkius τοῦ δ' ἔπ': aptissimum mihi videtur τοῦ γὰρ, v. Hom. Il. A, 78 sq.

Peleus.] πατρός, honoris causa: v. Welcker. Myth. Gr. T. II, p. 185.

Initio.] Ab Eustathio Vit. Pind. p. 7 Schn. ὀρσινεφής inter vocabula Pindaro propria refertur. — ἐφράσθη, homericum, v. Theb. cycl. apud Athen. XI, p. 465 E: εὖ φράσθη e codd. T. Mommsen. edidit. — κατένευσεν, v. ann. ad Nem. I, 14.

761.] Est πράττειν τινί τι alicui aliquid comparare, sed ita, ut clandestinae molitionis et studii partium significatio accedat: v. Ducker. ad Thucyd. IV, 89, 2. — Ποντιᾶν cum Heynio Bergkius. — χρυσαλακάτων, v. ad Ol. VI, 104: maiestati Dearum declarandae inservit, Nem. VI, 41, Unger. Parad. Theb. p. 232.

Pag. 421.

Δωρίαν.] Epitheton honoris causa additum: v. Nem. III, 3. Ceterum haec ipsa celeritas et festinatio summi Iovis auditoribus hilaritatem affert.

IV, 9, 10.] Ipse Neptunus εὐρυσθενής dicitur, Olymp. XIII, 80.

continet.] Minime: πότμος συγγενής sortem dicit ab initio genti adiunctam. Verg. Aen. VI. 67: *da, non indebita posco Regna meis fatis*, ubi cf. Peerlkamp.; add. quae ad Pind. Isthm. 1, 39 exposita sunt.

Pag. 422.

praesentes.] Fallitur Dissenus. VV. ὃς Αἰγᾶθεν . . . Δωρίαν addita sunt, ut cur Iupiter Neptunum precibus adiisset, planum fieret: Neptuno enim Isth-

mum frequentanti Aeginetae notissimi, qui laeti ad certamina Isthmia venire ex iisque praemia ferre solerent: v. Nem. VI, 44. Id ipsum vs. 30 accuratius exponitur: *ἶλαι* enim, quae Spartae partes *τῶν ἀγελῶν* dicebantur (v. Xenoph. Reip. Laced. 2, 4 ibiq. Haasii annot. p. 63), hic ex aliorum Dorum ut videtur consuetudine puerorum chori appellantur aut eorum partes: Scholl. ad h. l. *ἶλαι αἱ τάξεις καὶ αἱ συστροφαὶ τῶν νεῶν αἱ ἐν τῷ χορῷ γινόμεναι*: ergo Pindarus pios puerorum choros qui in Isthmiis circa Neptuni aras eius laudes canunt et saltant, honore decorat. Si tali in choro Pytheas aliquando excelluerat, a poeta pulcherrime praeclarum virtutis Pytheae documentum in hoc carmine nondum commemoratum nunc patefactum esse sponte apparet.

78. —] *Πιτνῶν* Bergkius. Aut hoc aut *πίτνων* scribendum est.

laudat. —] Post Dissenum VV. DD. multa de hoc loco commenti sunt: sed omnes difficultates nondum removerunt. Heimsoeth. Add. et Corr. p. 53 codicum scripturam defendit: Bergk. ad h. l. haec annotavit": Locus obscurissimus: ubi multo facilius est criticorum errores confutare, quam quid poeta scripserit indagare. Hartung. hic quoque molitus scripsit *ποικίλων ἔψευσας ὕμνον τόν τοι μεταΐξαντα, καὶ νῦν τεὸς μάτρως ἀγάλλει κοινὸν ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέας,* quibus refutatis Rauchenstein Philol. XIII, p. 261 proposuit *ἔψαυσας ὕμνων οἴκοι· μεταΐξας δὲ καὶ νῦν τεὸς μάτρως ἀγάλλει κεῖθι ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέας· τῷ Νεμέα κτλ.* At nullo modo ferri potest nominativus *Πυθέας,* tunc enim etiam vs. 48 sq. ad Euthymenem pertinerent: ipse potius victor Pytheas hic aperte fuit compellandus. Neque vero victoriae quae deinceps recensentur cum Rauchensteinio aliis ad Pytheam referendae sunt, sed ad Euthymenem: Pytheas tunc praeter hanc Nemeaeam nullam videtur victoriam retulisse: at Euthymenes Nemeae vicerat, cf. Isthm. VI, 61. L. Schmidt. (de Vit. Pind. p. 120 sq.) putat haec facillime in integrum restitui posse, si scribatur: *ἦτοι μεταΐξαντα . . . ἔθνος· Πυθέᾳ ἁ Νεμέα κτλ.,* ceterum prorsus incredibilia sunt, quae de explicando hoc loco in medium protulit. T. Mommsenio Ursinianum *μετ᾽ ἀΐξαντα . . Πυθέας* placet. Denique Friederichs., cui corruptissima quaeque integerrima videntur, hic quoque nihil omnino novandum censens, verba hunc in modum ordinat *Πυθέας ἀγάλλει ἔθνος μεταΐξαντα,* h. e. *μεταΐξαν.* Equidem sed dubitanter ut par est conieci: *ἤ τοι μεταΐξας, τὰ καὶ νῦν τεὸς μάτρως ἀγάλλει κεδνὸν ὁμόσπορον ἔθνος, Πυθέα, ᾧ Νεμέα μὲν ἄραρεν ,* h. e. *tu vero o Py–*

thea iam persecutus es ea studia, quibus etiam nunc Euthymenes ornat et auget consanguineam gentem, cui (Euthymeni) favet Nemea: ut ἀγάλλειν geminum asciverit accusativum. Retractavit sententiam Rauchenst. Mus. Helv. l. c. p. 250 sqq. et κείνου defendit: ego Mus. Rhen. l. c. p. 369 brevissime de loco dixi. Etiam nunc, quamquam v. μεταΐξαντα vetere vitio laborare et de totius versus sententia iure ambigi posse concedo, tamen persuasissimum mihi est, nominativum Πυθέας ex codicibus antiquis restituendum esse et vss. 43—49 Euthymenem compellari eique Pytheam exemplum proponi. — Καὶ νῦν, iam nunc. — ἀγάλλει, illustrat, Ol. I, 86. — κείνου, nobis haec vox nunc obscura: sed quid sibi vellet Pindari aequalibus ex nomine proprio, cuius locum μεταΐξαντα occupavit, facile patebat. Quibus subiicere placet scholia ad h. l., 78: μήτρως ἢ ὁ τῆς μητρὸς ἀδελφὸς ἢ ὁ κατὰ μητέρα συγγενής· χρῆται γὰρ οὕτως ὁ Πίνδαρος. ἀγάλλει σου τὸ ὁμόσπορον ἔθνος τὸ τῶν Αἰγινητῶν. καταλληλότερον δὲ ἔνιοι γράφουσι Πυθέας, ἵν' ᾖ μήτρως Πυθέας. οὐ μόνον, φησί, Νέμεα νενικήκατε, ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγίνᾳ τοὺς ἡλικιώτας ἐλθόντας οἴκον τῷ κράτει νενικήκατε. ἔστι δὲ ὁ ἀγὼν ἐν Αἰγίνῃ ἀγόμενος τὰ Αἰάκεια, ὅντινα δηλαδὴ ἐνίκησεν ὁ Πυθέας. §. ὁ δὲ νοῦς οὕτω· μετὰ τὰ προειρημένα περὶ σοῦ [Rauchenst. Philol. XIII, p. 261 recte corrigit μετὰ τὰ πεπραγμένα ὑπὸ σοῦ) ἔτι καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ὁ σὸς μήτρως, ὦ Εὐθύμενες, ὁ Πυθέας ἀγάλλει τε καὶ σεμνύνει τὸ ὁμόσπορον ἔθνος καὶ συγγενὲς ὑμῶν τὸ τῶν Αἰακιδῶν τὸ ὂν ἐν τῇ Αἰγίνῃ.

non adversatur.] Est potius *inserta*, arctissime coniuncta, sc. cum gente per Pytheam, v. Isthm. II, 19. — μὲν . . τε, ex usu Pindaro familiari, v. Ol. II, 88. Isthm. I, 14. II, 37. Dithyr. fr. III, 10: add. ind. Graecit. s. τε.

editione.] Add. C. Fr. Hermann. de Graec. mensibb. comm. p. 54.

Pag. 423.

91.] Non totam urbem sed unum ex duobus collibus urbi adiacentibus poeta hac periphrasi ante oculos ponit.

vicerat.] Bergk. ad h. l. scripsit: „parum recte interpretes: Delphinio mense, qui Aeginetis et Megarensibus haud dubie communis fuit, vicerat ludis Apollinaribus et domi et Megaris". Quibus non tollitur difficultas a Disseno indicata. Videtur potius Aeginetis mensis Delphiuius cum Argivis communis fuisse: vv. μείς τ' ἐπιχώριος ad ludos spectant Apollineos, quos aliunde non no-

tos illo mense ab Argivis celebratos esse ponimus. Dicit igitur poeta: vicit Pytheas in nobilioribus Graecorum ludis, vicit etiam in domesticis minoribusque: simile de ludis domesticis iudicium Nem. II, 25 legitur.

p. 84.] *ἀμοιβὰν ἐπαύρεο*, de accusativo v. Kruegeri Gr. Gr. II, §. 47, 15, 2.

magister. —] Scholl. ad h. l., 87: *Μένανδρος δὲ Ἀθηναῖος, ἀλειπτὴς Πυθέου :* etiam Euthymenis Menander fuerat magister; Euthymenem poeta hortatur, ut ne ab lanistae praeclari palaestra se avertat. Ceterum vv. *χρὴ δ' ἐν κτλ.* a Pindaro musicos, quorum ipse olim institutione usus fuerit Athenis puer, grata mente respici coniecit T. Mommsen. Pindar. p. 34.

V, 61.] Vix posset, si quid video, haec avi cum pueris barbatulis excusari consociatio: hinc Themistius pro aequali habendus est Pytheae et Euthymenis iisque propinquitate coniuncto: hoc ipsum accuratius exposui Mus. Rhen. l. c. p. 368. Simili modo trium iuvenum laudes sese excipiunt in fine carminis Nem. VI, ubi v. annotationes.

cursu.] *Ζυγὸν* scilicet sub ipso carchesio ad malum alligatur.

Pag. 424.

338 a.] add. annott. ad Gregor. Cypr. Leid. III, 4, Paroem. Grr. T. II, p. 86 ed. meae.

intelligerentur.] Sed *παγκρατίῳ*, optimorum codicum lectionem iure recepit T. Mommsen.: sic enim is cum v. *πύκταν* exsistit sensus, qui propter particulas *τε* — *καὶ* desideratur, ut vidit Grummius in docto libello, quem scripsit de lectionibus Pindaricis nuper a T. Mommsenio prolatis p. 14. Nunc etiam hoc patet, a poeta non tres, ut Dissenus voluit, sed duas Themistii victorias commemorari. — *ἑλεῖν*, i. q. *ἑλέσθαι*, v. Olymp. 1, 13.

dederant.] Gratiae victoriam neque dant nec dare possunt: igitur *ξὺν . . χάρισσιν* cum v. *φέρειν* iungenda: chorum dicit poeta Themistio duce decore et cum gratia incessisse.